Per viam ensis duarum manuum armis quoq; curtis vel breuib; luditur et ludus ipsius i levata vulgariter nominata consistit: que intelligenda est pro primis ictibus quos docere vel adiscere incipimus: quanquam potissima causa sit corporalis exercitij et plures ictus ac giros armis agimus. principaliores tamen ictus de ense duarum manuum sunt duo ascendentes quos vulgariter montantes appellamus. si autem ex dextera parte sunt in primo ictu pes dexter inchoare debet ad se movendum ingrediendo cum ascendente vel montante. secundo statim cum reverso aut manu sinistro revertendo ex parte sinistra ascendendo vel caput ense cooperiendo. Est etiam utilissimum dum ostentamus nos cum ascendente insultaturos et per eandem viam puncta infligenda est. Brachia vero nostra erecta atq; anterieus porrecta restare debent et hoc tutum est dum offendimus ac nos ipsos defendimus. Plicatis enim i aliqua parte brachijs periculum in iisdem occurrit. Similiter de sinistro latere duos manureverfos facere oportet ut ascendant: aut quod postremus descendat cum alio ascendente ex dextera parte contra manum aduersantis redeundo aut cooperiendo nostram altiorum partem. Primus manus sinister adeo bonus est cum uno pede ingrediendo sicut cum altero: sed ultimus pes rectus ingredi debet: atq; exire. Si vero ambos reverteris: vel sinistros cum dextero pede agimus hoc est intrando ad faciendum ipsos: primus passus brevis esse debet: ultimus vero longus: semperq; vtile est in vna parte ostentare et ex altera aggredi quod utiq; sufficienter fit dum in primo ictu enssem aduersarii tagimus. Deinceps oculus per inferiores locum ad manus alterius cum alio ictu revertendum est: quoniam ut plurimum ictus qui ascendunt descendentibus obsunt. At desper cum findente veniendo quamquam nos prius tangamur sepius illum: qui inferius remanet adiungimus: quia lacertis dissolutis ex superiori parte venientibus maxima vis fertur: quamobrem cum paucis ense vel puncta debemus illos accipere: quod huiusmodi ictus in brachio suo directo faciunt: i quo quidem tempore corpus nostrum ad posteriorum partem deuiari atq; implicari oportet. Cuspis autem arme nostre debet superius respicere ubi nulla erit pelta defensible seu repabilis i sinistra manu et sic deficiente capitis tegmine sepe ictus inferius venientes periculosi sunt atq; evitandi. Alio tamen arma nostra tangente ex tempore ex alia parte revertendum est: quod nepe hostis deceptiones dimouet: et expellit: atq; detrimentum affert. Plerunq; bonum est per vnam partem dissimulare et per aliam invadere nutando cum corpore ad alteram partem: et armam dimittendo in loco: ad quem nos percutere volumus: tamen quod arma in eodem loco quo prius maneat: taliter enim citius attingimus. Quotiescumq; alius temptat seu quidpiam agere vult us maneat: taliter enim citius attingimus. Quotiescumq; alius temptat seu quidpiam agere vult aliquantulo personam nostram anterieus: ac posterius: et per transversum mori sumus. Manus autem nostra plerunq; in contrarium manus aduersantis evenire debet. Stocchate aut puncte facte in ingressu per inferiores partes omnino meliores sunt: in regressu vero per superiores. Si vero volumus cum aduersario coniungi primitus cum sinistro ictu: et sinistro pede ingrediendum est: et pariter quod illico cum manu directo: atq; cuspide pes dexter antecedat: et in eodem instanti vel cito oportet nos ad sinistram partem deducere cum manu reverso q; ascendat.

Aliq; potest is: qui ignarus est de ludo ensis duarum manuum oportune manum tutari nequidem tibiari: et caput nisi ludum aze: siue tricuspide sciuerit. Et de aza comuniter vtile est iactum cum parte martelli committere et cuspide ferire. Quod si alius egredi voluerit bonum est cum calce: seu puncta

inferiori obitare retro: vel ex transuerso saltando.

Quonam modo arma pro defensione esse debeat. Cap. xv.

Si armam defensibilem in manu sinistra habemus iuxta corpus nostrum collocanda est. Nihilominus dum insultare volumus: aut insultamur prolonganda est manus sinistra quantum poterit ad associandum dexteram.

Quales arme eligēde sint ad cōflictū fortium viroz & quales ad debiliā. Cap. xvi.

Contra validos homines pauca arma & leuia atq; spaciola loca sunt eligenda. At si debiles homines sunt: aliter capiendus: quibus debili salubrius sit precauere ne fortis secum coniungatur absq; maximo eius detrimento pariq; modo is: qui fortis est aduertere debet: ne debilis aditum effugiendi habeat: & cum omnibus: qui omnino parum sciunt operiendum est quousq; aliqua eorum membra detegantur. Quidam enim sepissime inniuntur ad hostem feriendum vel tangendum in loco armato seu disarmato: & hoc precipue faciunt qui audaces ac rudes sunt: ideoq; positis ante istos membris nostris armatis ictus sui exonerantur: & tunc facilius est posse inimicis nocere.

Semper in principio reuersum siue manus sinistrum adducendo super pede sinistro eundem est in trasuersum tendendo. **Ad** dextrum vero & puncta super dextero latere: & pro vastatione: vel obstaculo decet eodem pede retrocedere: & ictum per inferiorem partem facere.

Qualiter reparare debemus cum longam armā contra breuem: aut si breuem tenemus contra longam. Cap. xvij.

Arma longam contra breuem capiendo oportet quotiescunq; committimus duos ictus agere quorum vnum superius: alterum inferius: & cum quolibet recolligenda est manus: atq; caput quod aliquantulo corpus retro pendeat ob causam quod si aduersarius armam nostram cum sua deuiaret: & nobiscum coniungi vellet semper cuspis arme nostre ei obuiet: & quando ipse vellet ad ingrediendum cum vehementia conari pedes nostri aliquantisper retrouertendi sunt. At tamen prosequendo eosdem ictus quos iam diximus agere debemus quod valde adiuvat aduersus quoscunq; impetuose crassantes. Et si nos breuem armam continemus alterius arma: vel ictus est deuiandus: vt in longum transeat: & tunc ad hostem appropinquandum: & promptitudo in his omnibus esse debet communiter: dum quispiam furibundus accedit: possumus armā reparare & secū iungi a latere nos deuiado: quod tutius ē dū armati sumus.

De ludo pugionis.

Cap. xvij.

Ludendo cum pugione quamplures apprehensiones manuum: ac pedum sunt: & he versutie principales sunt: quibus etiam in palestra vtimur: dum ad conflictum appropinquamus alterius manus est assumenda: nostraq; deuianda quin apprehendatur. Quod si hostem prosternari volumus bonum est reatum pedem: & manum nostram in pectore eius immittere: aut in brachio vbi pugionem ducit festinatim ferire: & cobibere quin effugere queat. Et si ictus adducimus super brachio: & aduersarius cum suo: brachium accipit nostrum aliquantulo lapsare oportet: & cuspidem pugionis in altum extollere: & per inferiorem partem ad tangendum hostem redire: aut manum nostram supra manū eius firmare: Et quod pugio non ster anterus veniat manus hostis abscindendo. **Si** vero ipse cum puncta reparare vult ad faciem suam reuertendum est: & per quācumq; partem ingredi vult armam nostram: aut brachium capturus diuertendus est pes noster antecedens ad posteriorem partem: & in illo momento alius ictus per alteram partem fiendus. Quocirca difficile erit aliquem posse nostrum pugionē eripere pariterq; in ceteris alijs armis agere oportet. **Mā** firmiter ad altercandum manendo cito potest quispiam iacturam ac detrimentū recipere: & hanc regulam obseruando difficile erit quod nobis nimium nocere valeat.

Cum aliquid cum brachio projicere volumus ad metam: in quam pedem firmare debemus cum impetu: ac velocitate deveniendum est. Expulso tamen iaculatoque telo ocius post ipsum cum corpore nostro exeurandum: et sursum directe tendendum: ac super dextro latere pergendum: et quod brachium nostrum quantum poterit in altum porrigatur simul cum vibratione: et nimia expeditionis celeritate: atque rigore.

Iste autem modus iaculandi in sublimi ad eijciendum in longum optimus est. Sed dum contra hostes projicitur melius est parumper in dextero latere brachium declinare.

De modo proijciendi vectem.

Cap. xx.

Cectis fere subtus brachio eijci debet ut ascendendo vadat: et ferme equaliter in signo pedes sunt collocandi. Pes autem dexter simul cum vecte preire debet: et voltam seu girum maximum ac celeriter fieri oportet dum corpus reuoluimus: et quod rigidum fiat penitus anhelitum retinendo.

Qualiter lapidem paruum proiecturi simus.

Cap. xxi.

Cum ad proijciendum paruum lapidem siue volatilem: quem in lingua hispana volanderam dicimus: et in hoc iactu inter omnia alia nimium supra latus: vel ad brachium dextrum declinare oportet. Necessarium est autem prospicere ne super pede vel sinistro latere eamus: hoc enim agit ut relictus in transversum vadat.

Modus proijciendi lapidem siue saxum grossius quod hispano idiomate schina appellatur.

Cap. xxii.

Schina seu lapis grossus ex superiori parte humeri est eijciendus excutiendo: et prolongando brachium quantum omnino possibile erit: quumque lapis extra manus vadit oportet nos super genua preferunt in sinistrum declinare ne post lapidem eamus: quod in hoc modo proijciendi pedes firmiter manere debent.

Quo pacto equestres lanceas iaculari debeamus.

Cap. xxiii.

Iaculando dum equestres sumus in primis staphis: in quibus pedes firmamus equales esse debent: et non quod una longa: et alia breuis: tamen quod corpus nimium super sella ad proijciendum reuoluatur: et crura fortissima: atque stricta maneant. namque aliter est in periculo cadendi: et eo instanti quo homo lanceam vult expellere assurgendum est super pedes sistendo: et brachio sursum manente ex eodem loco lanceas siue tela expellatur ne ad collum equi: vel ad sedendum supra dunes vadat.

De exercitijs currendi.

Cap. xxiiii.

In cursu autem modo currendi vis nostra in pectore collocanda est: et semper attenti esse debemus quod totum corpus in altum subleuetur: et in anteriorem partem tendat ita quod frons super punctis pedum recta linea eueniat: et in terra dumtaxat puncte pedum ponende sunt aliquantulo tendentes ad exteriores partes: intelligas summitates digitorum pedis dextri ad dextram partem: et sinistri ad sinistram. longi ac veloces habendi sunt passus: tibique subleuande ipsas per genua plicando et brachia sursum porrecta ire debent. Marnusque aperte: et extense siue correpte deportande sunt: Nihilominus quod digiti inter se astricti. Sic enim vires ad altiores partes extollimus. Plerumque vero in cursu una astricta corrigia lumbos cingimus: atque astringimus: ut vires in altioribus partibus maneant quanquam nobis aliquid de anhelitu auferret taliter quod corrigia tantummodo in breui cursu adiunare potest: quandoquidem in longum detrimentum protrahit. **A**tile autem ad currendum dicimus esse collum extensum attollere. Tunc enim necessario alia membra extolluntur: et alleviantur: sed si collum in se recolligimus, ceteraque

membra atrollimus tota persona fortior redditur: et non adeo leuis. **C**um vero cum alio currere voluerimus semper primus passus est in toto cui su principalior. Ideoque fieri debet longus: et quanto citius poterit.

Quo pacto vnus pedester cum equestri currere queat.

Cap. xv.

Si quis pedester cum equo currere volet per stapham capiendo necesse est: vt corpus suus supra manum in quantum quiverit exoneret pedes in altum eleuando ad hoc quod locum habeat faciendi longos passus precedendo tibiam equitantis. Tunc enim equus ducit nos tanquam de incontro: et sic valde iuuat: et si corpus pedestris restaret retro post tibias equitantis nihil in cursu durare potest eo quod velocitas equi attrahit ipsum festinatum ad precipitium.

De modo saltandi: et tripudiandi.

Cap. xvi.

Saltatio et tripudiatio in se non nimiam artem continent: sed duntaxat continuationem: atque exercitium experunt. Precipuum tamen est: vt homo seipsum quantum poterit in altum efferat: et vbi cursus interuenire debet oportune: ac suribunde eundem est: et in saltu totum corpus superius eleuandum: atque extolendum.

Tripudiare hispano idiomate volteare vocatur: ab Italia vero voltizare quod idem est: et merito volteare appellatur a volta originem habens. Sed quia in lingua latina girum siue voltam habemus non incongrue volteare possumus dicere: aut vero voltas agere.

De quibusdam voltis: seu giris: qui in sella fiunt.

Cap. xvij.

Cum super equo: vel sella salire: aut tripudiare volumus: vires in pectore nostro recolligende sunt: et dum subleuari incipimus: opus est quod velociter per ipsam girum transeamus: et pedes alti sicut caput in gyrum ire debent: quando ipsam agimus: vt corpus equaliter super sinistro brachio voluatur. Nam si corpus ad vnam partem potius quam ad aliam declinat: non irret penitus ita vt deberet: neque vbi firmaretur cum gratia remaneret. **Q**uod si nos equaliter super brachio firmamur volta circa conatur: vel rigorem resultat tanquam rota que in dimidio axem possidet. Unde absque labore girare videtur: et tunc maximam gratiam habet. Si vero magis ad vnam partem quam ad aliam declinaret magna esset difficultas adducendi rotam. Et dum aliquem girum agere volumus magna vi et reuolutione in principio subleuationis inniti debemus: et brachia rigida: aut sine implicatione sunt tenenda donec volta perficiatur.

Qantum in quolibet exercitio bonus animus preualeat.

Cap. xvij.

In quocumque exercitio bonus animus adiuvat: et timor impedit: et ob hanc causam dum tripudiamus huiusmodi regula respicienda est: ac si in terra plana saltaremus: tamen non semper idem signum: quod volumus: attingamus. Nihilominus via incepta ineunda est: donec vis sustentari poterit: et in quibusque giris maxime in illis: quibus aliquis nos obseruat ne cadamus personas nostras debemus ad fines iam assumptum dirigere. Consilium enim nouum in via captum in omnibus fere exercitijs inutile reperitur. **C**um vero super equo voltare volumus manus dextera supra sellam vehementer percutere debet: et quod tota persona iunctis pedibus recolligatur vbi cumque ipsos ponere volumus: et eodem tempore totum corpus est erigendum. Et si in sella sedemus aperiende sunt tibie: et corpus subleuandum tantum quod brachia firmemus: atque rigidemus: vt super ipsis possimus totum girum pertransire.

Regula satis utilis in modo girandi.

Cap. xix.

Tandem in hoc exercitio tale regulam semper memorie mandare debemus. scilicet quod quasi in equi altitudine transeant

pedes caput: et similiter bustum adeo altum: ut extensa brachia: quonia in gyris non decet brachia plicare: nisi quod superius porrecta: ac rigida sint: et semper nobis cōpetit hanc fantasiam in quacūq; altitudine aut imo habere: et interdum super dextero brachio: et quādoq; sinistro firmari debemus secunduz varias reuolutiones: quas facturi sumus: utpote per vias qua caualcatam: vel equitatam agimus: tunc in manu sinistra vis ponenda est: que quidem equitata: siue caualcata nil aliud est q̄ in sellam intrare. **Et** eo modo quo fieri solet media pomata: et tota pomata etiam ad dimidiam moram: et totam moram transeundum est: Attamen per voltam staphilis ex quo stapha pender remontata: ac tota manū peregrina: et galearia sunt fiende. **O**portet autem in his vltimis nos attentos esse ad ponēdum omnes vires in manu dextera dum hos giros operamur: et paucam vim in manu sinistra: et hic pugnus dextera iusta sinistram manum ponendus est: et pauca reuolutio siue vndeata cum corpore est agenda. **M**az precipue in his euolutio nibus totum corpus in altitudinem subleuari oportet.

Quanta vtilitas emanet dū scimus reducere secretū vnius scientie ad aliam. **Cap. xxx.**

Ut imaginor nemo magnus: et preclarus magister erit cum vna dūtatur facultate nequidem cum pluribus nisi prius sciverit secretum vnius scientie ad alterius vtilitatem reducere: et pro habenda hac sciētia minime maximus labor erit dummodo recte considerare voluerimus. **Q**ui enim in altitudine saltum peragit vim suam ad anteriorem partem dirigens facile anterus ire potest. **S**i quis vero in sella rasa aut paruulos arciones habente cum ratione equitat: sub pauca continuatione valebit ad equitandum sellam arcionatam: vel dicamus alios arciones possidentem. **Q**ui autem per solam viam continuationis aliqua arte vtuntur semper noui aut indocti cum maxima suorum membrorum defatigatione remanent: et pro iisdem erroribus euitandis iam nos initio huius libelli instruximus omnes ludos armorum ad ludū azes: siue tricuspidis: atq; ensis duarū manū esse reducendos: et hec duo arma sub paucis ictibus exposuim⁹.

De quibusdā industrijs: quibus vti debemus vt possimus ab aduersarijs cauere. **Cap. xxxi.**

Est equidem difficile cognosci omnes deceptiones: quas ferunt qui nos iniadere volunt: quoniam deceptores diuersimode aggrediuntur. nōnunquam cum paucis: ac teneris verbis: atq; illatis muneribus in quacūq; parte sese placidos ostendentes: et quicquid nos volumus laudant donec ad foueam nos cōduserint. **A**lij simplicitatem: et lenia verba ostentant: **S**ed in modo dicendi varie possunt intelligi: et indies differenter. **Q**uidam vero volentes manibus contumeliam inferre colores diuersimode immutant: variosq; corporis actus cōmittunt et videtur continuo rem nouam velle exordiri. **N**on enim videntur in seipsis aliquam quietem habere: taliter dum prope pinguem hominem manemus. **Q**uod videtur nos sentire haud secus: q̄ vxta homines pinguem manentes sentimus: hi enim proditores in seipsis anhelum retinere videntur: et duri atq; intemperati ambulant. **E**um autem deceptores defraudare volumus: aut ipsos facillime comprehendere oportet: quod boni sumus ne alius censeat nos de versutia eius considerare: et est blandities in membris ostentanda: ac dissimulatio: quod a nobis non videatur.

Quanta vtilitas sit complexionibus cognoscere: et detrimentuz ipsas ignorare. **Cap. xxxij.**

Habita de complexionibus cognitione maximam vtilitatem resultare dicimus: quoniam secundum ipsas homines a natura varij ac differentes sunt in membris: et operationibus: quo quidem sciro opus est etiam membra nostra exercitata esse ob hanc causam: quia dum vident membra aliorum moueri ipsamet laborem: vel detrimentum sentiant: et vadant aliter: q̄ aliena veniunt: aut ad reparandum vbi maius periculum videntur. **Q**ui autem nescit complexionibus recte cognoscere pariter: et exercitia nequit super iisdem omnibus respicere: si denum aliquis inesset respectus sciremus verum remediū assumere: nam scientia oculis et membris assiduam vigilantiam inducit. **L**icet enim corda obliniscatur ex consuetudine oculis decernimus quasūq; personas: et inconuenientia: que adducere possunt.

Qui in se possidet id: quod alij occupare cupiunt: necesse est semper inuigilet: ut ipsum conseruet.

Qui se obseruare debet: et causa dissimulationis seipsum deserit suimet homicidam esse dicimus.

Nemo se ad maximum discrimen infert dum certus est non posse partem principalem ipsum dimouentem assequi.

Qui nescit volentes sibi iniuriari ab omnibus precaueat: nam pauco labore membris securitatem: atque animo quietem impendit.

Imbecilles animo causa formidinis in crudelitate: atque impietate excrefant.

Qui alijs pacem prebet: iniuste aduersitatem patitur:

Nullus est adeo religiosus: si gubernationes aliquam habet: qui omnino sit exemptus inuidia.

In quibusque conventionibus verum est dicendum: ipsumque obseruandum: at ubi decertare solemus: quisque potest cunctis fraudibus vri: quum talis inter nos sit conuentio.

Quidam sunt: qui habita regula decipiendi in pugnis eandem normam in omnibus negotiationibus obseruant quod nequaquam sine maxima contumelia: et blasphemia fieri potest.

Circa res quas facturi sumus conditiones cultus nostri obseruare debemus dum ad effectum devenimus: et quia in quibusdam de fiendis deceptionibus conuenimus: et in alijs vero non: iuxta hoc primum semper ambulare debemus.

Dum enimus: aut vendimus: niuruo damus: vel accipimus: seu dum aliquem sequi debemus: aut ipse nos. In alijs quoque huiusmodi pactionibus absque aliqua versutia vel deceptione semp sincero modo procedere debemus. In certaminibus autem aliter se habet quum talis inter nos conuentio fuerit.

Non est reprehendendus qui multa scit: sed qui doctrina male vtitur: quapropter scire in ludis: aut plijs necessarias oino industrias adducere apud oes est comedabile dummodo pactiones non dirumpimus.

Turpe est scribere de industrijs: in quibus pessimi adiscere possunt deterioraque perpetrare valeant. Attamen nostra intentio scribendi pro bonis: et non malis esse debet.

Dum viuimus: aut scripturas pre manibus habemus: possumus omnino tutari quin ad pessimos perueniat. Sed post obitum: non nostrum est agere: quin alij ipsas perlegant: tamen dum scribimus de bono considerantes nullum onus habemus.

Non omnes scripture sunt a malignis hominibus celande. Sed industrie duntaxat: quibus decertare: ac plura mala perpetrare possumus. Arripe enim peiora: quam alij agere possunt.

Bonestius esse dicimus quod pessimi pro bonis vtilitatem habeant: quam iusti causa malorum patiantur. Quamobrem bonum non est abscondendum bonis: minendo aliqua partimcula malignos esse capturos.

In hoc loco assignando differentiam inter exercitia membrorum: et exercitia intellectus proprie quodam comune prouerbum adducere quimus: ita dicens saltem iuxta vulgum. Omnia probate: et que bona sunt tenere: nos vero in hac prima propositione longe aliter sentimus: et credimus cum mente inuentiones huius prouerbij conueniri. Quonia nullus homo sane mentis tale preberet consilium: quod omnia absolute capta probemus: nisi ea que bona sunt tantum: nam inter omnia alios homines occidere accidit: atque nos ipsos suspendere pedes: et manus amputare: venenum bibere: contra maiores parentes iniurias afferre: aliena furtiue subtrahere: et bona nostra in manibus predonum ponere: que opera nullatenus probanda sunt: immo penitus fugienda. Quamobrem dicendum est omnia bona probate et que optima sunt tenere: mala vero nunquam sunt probanda et sic in casu nostro exercitia membrorum bona sunt: tamen non optima ad exercitia intellectus comparata: sed quia bona saltem in positivo gradu dum iuuenes sumus exercitijs membrorum vri possumus: utpote currere: saltare: proijcere: equitare: et similia de quibus in hoc libro aliqua dicuntur. verumtamen dum de optimis operibus negociamus: atque penitus commendabilibus: in omnibus temporibus per hanc vitam: et per alteram de laboribus intellectus capiendum est: et cum hec durabilia sunt recte dicimus omnia bona probate: et que optima sunt tenere: videlicet dum iuuenes estis etiam exercitia membrorum quandoque agere: sed tanquam perfecta labores: intellectus tanquam fundamentum tenere.

Prologus de Complexionibus.

In libro de cognitione hominum de quibusq; cōplexionibus extēse pertractauimus: et ob hanc causam hic solum aliquid succincte de quattuor principalibus complexionibus explicabimus: nāq; habita de istis noticia cito alie complexionēs intelligentur: Corpus enim continens duas complexionēs fere equales in eo factiones: atq; opera ambarum qualitarum habebit: et sic corporis qualitatem in tres vel quattuor equales complexionēs diuidendo hec pro earum noticia recta est via: quēadmodum videndo vnus hoies qui caput aliquātulo grandiusculum: et carnosum possidet: et tibias: ac manus subtiliores: q̄ proprio colerico competat: tunc asserimus fere equaliter de colera: et sanguine sortiri. Quod si loco sanguinis pblegma esset corpus vtiq; carnosius: ac magis tenerum fieret. **E**t si melancholia in secundo loco esset tunc corp^o durius: ac maioris ossis.

De aptitudinibus: et factionibus membrorum sanguineorum.

Cap. xxxiiij.

Sanguinei vero has factiones habent. faciem videlicet que ad magnitudinem: et mediocritatem tendit aliquanto carnosiusculam maxime respectiue ad ossa sua: et etiam in longitudine breuem. Caput neq; magnum: neq; paruum. Collum bono modo grossum. humeros extēsos vel longos ad partem brachiorum. Musculum brachiorum: et crura tibiarum grossa genua: et cubitus inferius graciles respectiue ad superiores partes crurum: et musculorum. Manus vero curtas: et tactui teneras: punctas digitorum duriusculas atq; strictas. **P**almulas manus parumper grossas: et carniū plenas. sed respectiue ad molliēciem manū dēs alie carnes: siue mēbra duriciē pandunt: et aspectu siquidem pulchre. Color vero inter album et rubrum cum maiori illustratione q̄ quispiam alterius complexionis: bonam habent. pronūciationem: Vocem tamen scabrosam: aut asperiusculam.

In quo officio sanguinei valeant ad proprietatem sue nature.

Cap. xxxv.

Sanguinei accomodati sunt in quacūq; re subtilitatem: ac velocitatem manuum experēte: utpote ad chirurgicam artem tonsoziam: ad pullandum cythara: et ad seruiendum in mensa: tum etiam ad scribēdum bruslandum: aliaq; huiusmodi exercitia cito transeuntia: Quibus vero quacūq; rem colligunt. Raro tamen ipsius secretum adinueniunt. non enim dilatare intendunt eorum intellectum ad varia: atq; profunda discernenda: Quoniam suapte natura non est magna in eis constantia: et sic non tantum rememorat: ut recte discernere queant ea: que indagant. q̄ quū primum reperiunt occupantur. Memoriam vero competentem habent licet optima videatur: Quādoquidem cito recolunt de eo cuius sunt recordaturi. At parum ad suscipiendum laborem attendunt. placidiores sunt in principio: q̄ in medio: et fine. Paucam enim stabilitatem: et constantiam obseruant: et dum infirmantur pauco tempore magnam iacturam patiuntur: quorum tamen egritudinibus facile mederi potest: si cito subuenitur. Velociter in breui spacio currunt: Sed quod locus currendi aliquantulo accliuus sit: similiter in modo saltandi: et tripudiandi valent: quum hic nimia promptitudo requiratur: quācūq; armam bene proijciunt: tantoq; melius quanto lenius telus fuerit quoniam in pectore: et musculis brachiorum iuxta magnitudinem suorum corporum magna grossitudinē sortiunt. Quapropter facillime labores eijciēdi tollerant queūt. Man^o: et lacertas subtiles tenēt: et sic vibrare: vel excutere possunt. Fortitudo aut atq; animositas eoz̄ ē in p̄ncipio nihilomin^o cito trāseūt.

De colericis: et aptitudine suoz̄ membrorum.

Cap. xxxvi.

Colericis faciē subtile: ac paucā i ea carne possidēt: collū i mediocri grossitudine: s; lōgitudine pl^o q̄ mediocri: ac nervosus ē. **H**umeri infimi: v̄l ad ptē inferiorē tēdētēs. **M**usculi brachioz̄ respectu grossitudinis lacerti: aut cubit^o infer^o subtiles sunt. **C**rura quoq; gracilia respectu tibiaz. **M**an^o i lōgitudine mediocres: et optie diuise magis ad duriciē: q̄ ad molliciē ptēdētēs. **P**alme: seu vole manū fermei grossitudinē cū alijs ptib^o eq̄les. Duricies eaz̄ paulo magis i vna ptē: q̄ i alia s; aliquāto magis i p̄ctis digitoz̄. **A**lia mēbra placida sunt tactui. **P**edes sicuti: et man^o. **H**ec at regula i oib^o p̄plexionib^o.

observatur: et secundum istam regulam ex manu pes diiudicari potest: et ex brachio tibia. Lumbi vero: et cinctura cum extremis brachiorum: et tibiis partibus conformantur hoc est cum lacertis: et tibiis. Et quonia colerici has tres partes fortes habent cum ipsis maiorem vim faciunt quam cum alijs totius corporis quia ubi cumque maior quantitas siue grossities ossium nervorum: et carum inheret: ibi maiores vires extant.

Quomodo colerici cognoscantur.

Cap. xxxvij.

Colerici pallidum habent colorem presertim in facie licet dum elaborant meliorem: aut vivaciorem ipsum ostendant. Locutio eorum in exprimendo debilis est: vox autem suavis: et nudi manentes in membrorum factione ceteris prestant: optimam inventionem habent quanquam initio aliquod impedimentum demonstrant. Constantes sunt in quacunque operatione: et quocunque genere gubernandi: aut impediendi generibus. Astuti sunt: ac vigiles. paulo plus in vna arte: quam in alia adiscunt: et ex hoc pre ceteris apti sunt ad luctandum causa temperantie anbelitus: et paritatis membrorum intelligas: quod paulo fortius vnum membrum: quam aliud. Miro modo subijciunt: et tolerant arma: currunt salunt: et proijciunt plus quam mediocriter. Hi vero melius per planiciem: quam in alia dispositione terre operantur. In quocunque magisterio quod facere intendunt ubi discretio: ac temperantia conveniunt magnam habent aptitudinem sicut in modo edificandi ac decertandi. Non sunt nimie memorie eo quod ad tot partes dilatantur: ut tot observare nequeant: et etiam: quod videtur posse per seipos dicere quicquid ab alijs possunt adiscere: aut saltem magnam partem: tamen in modo inquisitionis de facili preterita inveniunt. Rarissime infirmantur: et de facili curantur. At dum infirmitas in membris radicata est vix unquam distrabi aut expelli poterit non quod carnes inobedientes sint: ac dure ad suscipiendam medicinam nisi quia iuncture: et temperantia istius complexionis fortissime: ac iuncte sunt. In quo quidem tempore non sinunt quod medicine iuncturas penetrant. Bone conversationis sunt cunctis temporibus melius tamen in medio: et sine: quam in principio qui dum irascuntur furiam in petrosam ostendunt. Sed cito ad quietem revertuntur.

De complexionemelancolica: ac de formatione: quam membris impedit. Cap. xxxviij.

Melancolicos proprie robustos appellamus. Nam qui alterius complexionis sunt quam plures labores ob varias causas perperi queunt. Melancolici enim a natura vel innata duricie fatigant: et hoc modo cognoscunt. Caput habet magnam: ac rotundum: facie vero alta per reposita. In maxillis os maximum: et subleuatum: collum grossum: et curvum siue breve. Humeros latos: et anterieus declinantes. Pectus tamen latum: et non rotundum: sed tabulatum. Brachia curta: atque connexa: quod ab hispanis esteuados appellatur. Crura: et musculi brachiorum grossitudinem sortiuntur: et de genibus: et cubitis ad infra inter colericos et sanguineos grossitudinem possident. Per cincturam: vel lumbos mediocritates habent id est neque grossam: neque subtilem manus fortes: grossas: breves: ac valde duras. Est autem grossitudo: et latitudo ipsarum per palmulas: et vole profunde: solide: ac durissime: puncre digitorum in tenuitate inter sanguineos: et colericos. Pedes per punctas ad interiorum partem volunt. Tibias vero curvatas sicut: et brachia possident presertim ossa malliola: et etiam crura. Carnes vero tactui asperas. Signum vero principale ad cognoscendum melancolicos est quod in tangendo ipsos apprimere rigidos: ac duros inuenimus ferme: ac si iuncturas non haberent: qui in quocunque loco tetigerint omnes vires suas immittunt. Coleram habent inter nigram: et viridem: vel cum rubore intermixtam. Pronunciationes vero: et voces fortes iunctas: atque asperas.

De operibus melanolicorum.

Cap. xxxix.

Melancolici non sunt adeo fortes: quemadmodum eis apparet: nequidem ut in opinione populi feratur: et quod non sint adeo fortes veluti aiunt palam sit: quia dum ipsos experto tenemus non ea vim: que antea videbatur ad inuenimus: quam in tangendo ipsos videtur nos aliquod marmor mouere: quod ab eorum distemperantia causatur: quapropter ubi se plicare incipiunt: non inueniunt locum in quo firmari queat donec

Liber.

ad terram veniant. Nam sicut lignum aridum se habent quod maximam duriciem tactui indicat: et duz plicari incipit totum laborem dirumpendi ipsi sunt preterit. Quod si viride lignum extirpisset ad plures partes renouari posset: et cum defatigatione rumpere. Qui vero talis complexionis sunt maximum pondus subleuant: et res graues duras: ac curtas proijciunt. Saliunt mediocriter et parum currunt: bene tollunt labores absque magna sensatione. Sunt magis proprii aliorum iustis: quam ad operandum alijs. Ad manendum in castris: vel in castris: atque obsidiobus: tum prospera: et tum aduersa fortuna ceteros superant. Non enim valde asperum est eis in terra iacere: et ad dormiendum cervical lapideum applicare: nec delicatae reze apparatus nimium existimant. Non sunt apti ad prefecturam quam non nimis perspicacie sint imo a natura hebetes: et pauca arte adiscunt: et quamuis adiscerent nescirent eam recte ad aliquam conclusionem applicare: tamen in quibusque rebus que paruo ingenio sunt melancholici boni sint: et bene sine arte luctantur. Est durum pati ab ipsis quacumque iacturam serio: aut loco decerrando. optime retinent memorie quicquid semel didicerint. Nam quemadmodum in eis difficilis est aditus: ita pariter et exitus. Quocirca boni iuriste sunt atque apti ad fodiendum: et rumpendum lapides: et ad deponendum onera. furiosi sunt et causa duricie cito agunt: Sed non tam cito ut sanguinei: nec ita tarde ut colerici. constantia eorum talis est qualis duricies dum non ponimus ipsos in alia aduersa parte fatigantes sunt. nam licet in eis vires diminuantur duricies remanet. Maxima est eis contrarietas quod tarde sentiant omnia egritudinum primordia.

De phlegmaticis: et suorum membrorum proportione.

Cap. xl.

Phlegmatici capita et facies magnas continent: atque carnosas. Colla eorum plus tendunt ad extremitatem longitudinis: et grossitudinis: quam ad mediocritatem: humeros sufficienter latos brachia longa. Musculos paulo grossiores laceris. Manus in longitudine magnas: et per totum carnosas: ac teneras. Punctas digitorum latas et molles. Manuum vero latitudo: et mollicies sere equaliter per omnes partes extenduntur: et carnes aliorum membrorum similiter ad molliciem tendentes: sed non sunt tactui placide: per circumferentiam siquidem lati sunt: aut parum succincti. Crura: et tibiae longas: atque indistinctas habent. Pedes maximos: et carnosos colorem aliquanto albiorem sanguinea pronuntiationem satis claram: et nimium pigram. vocem autem sparsam: et grossam.

De operatione phlegmaticorum.

Cap. xli.

Phlegmaticos in omnibus rebus quas facturi sunt tardos esse constat: maxime in primordijs. Sed longius opus prosequendo cum meliori dispositione reperiuntur. In cursu: et saltatione: ceterisque operationibus lentis: ac tardi. Bediua loca ad operandum perunt in saltu: et tripudiatione inter omnes alios infirmi sunt: longa arma iaculantur. Non sunt ad pariendum nimium calidum et frigidum ita quod nullam extremitatem ruboris continent ad iubendum alijs accomodantur: dum vero eis iubemus tarde agunt. Que memorie mandant optime retinent: plures tamen legunt antequam discant. Appropiati sunt ad telonarios questus: ad sutoriam artem: aliaque huiusmodi eorum vero egritudines absque impetu adueniunt: quas per aliquot dies absque sensatione maxima tollerant. Huius enim complexionis tarditas non prebet locum: ut cito egritudines per omnia membra ruant ubi magnum tormentum causari queat propter organorum occupationem. nec cito curari possunt: quia quum in infirmo tardi sint: sic etiam in sanando se habent. Causa enim que egritudini obstat: sanitatis quoque remedium impedit: et licet non ocius adnuncium eis inferatur: nequaquam exempto magnum periculum immineret. Conversatio eorum satis bona. Sed tarditatis causa sepe numero tedium parit. Vires autem: atque animus paulatim: et sero eis adueniunt.

Quo pacto quisque conformetur elemento: de quo maiorem partem assumit. Cap. xlii.

Quemadmodum ignis cum promptitudine in altum ascendit: et cito cursum suum perficit homines pariter: atque alia sanguinea animalia eandem proprietates possident. Factiones enim membrorum altas: ac munitas in superioribus partibus tenent: et citi in operibus sunt: tum quoque in pauca distantia deficiunt.

De colericis.

Cap. xliij.

Sicut aer ubiq; temperatus: ac bene diuisus est: licet in plano sit aliquantulo fortior: ita et colerici teperati: ac bene diuisi. Magni anbelitus sunt: et membra bene vndiq; partita possident: quibus aliquantulo in inferioribus partibus maiori fortitudine vigeant: et per planum operentur.

De melancolicis.

Cap. xliiij.

Terram dicimus duram esse: et intemperatam grauem: atq; grossam pro cuius similitudine melancolici duri distemperati: et crassi ingenij sunt.

Dispositio phlegmaticorum aqueo elemento appropriata.

Cap. xlv.

Aqua lenta est et mollis atq; in longum paulatim tendit: et in parte inferiori: ac decliui decurrit. Et non aliter de phlegmaticis asserimus. Quonia tardi et molles sunt in suis operibus: et decliua magis appetunt: semperq; aliquatenus defessi videntur.

Qualiter cum quolibet nos habituri simus penes complexionum varietate.

Cap. xlii.

Hic aliquid dicendum est quo pacto cum vnoquoq; nos obseruare debeamus ad proprietatem sue complexionis: quod vtiq; in quibusq; rebus intelligitur: vt aduersus eos victoriam nanciscamur. Semper enim eas partes assumere debemus que nobis sit prospera: et alteri aduersa: et ita faciliter hostem superare poterimus.

Quo pacto cum sanguineo decet in quocunq; exercitio operari.

Cap. xlvij.

Sanguineus in principio operandi maximam flammam: et velocitatem affert. Quamobrem decet aliquantulo operari donec vires eius declinent. Sanguineus enim causa promptitudinis: et celeritatis: confestim ad quamq; discooperatam partem ingreditur: cito tamen impetus preterit. Dum vero deficit procurandum est vt secum iungamur: quonia debilis est tibijs: ac lumbis: quia dum in deviata apprehensione manet: videlicet per manus brachia: aut collum saris offendere potest: quandoquidem suas maiores vires in pectore: et musculis brachiorum continet: per lumbos vero paucas. Ita quod secus ad brachium bipartitus deueniendus est. Conuenit etiam quod hec norma in armis obseruetur in cursu vsq; ad centum passus velociter transit: et loca accliuia petit: et suus contrarius est prebendo ei longus cursus: et quod descendat in iaculatione per duos: aut tres ictus ad vltimu posse suus attingit. Quapropter ad plures proieciendus ponenda est sibi conditio. Et si ad vires manus deuenire oportet in initio spatiosa loca: et tandem stricta sunt indaganda.

Quomodo cum colericis sit operandus.

Cap. xlvij.

Si cum colericis aliquas vires operamur procul seu deviati ire debemus causa quod maiores vires in tibijs: lumbis: et lacertis: quibus in reliquis membris habent ideoq; secus vniri damnosus esset. Tempus autem pugnandi cum colericis postquam ad conflictu deuenimus nec abbreviare nec prolongare possumus. Nam fere semper vno: et eodem modo manent licet in principio videantur quoddam ante oculos obstaculum habere. Unde in quocunq; instanti ipsos inuadere oportet pariterq; ab eis nos cauere: et spatiosa loca cum eis eligenda sunt per planiciem melius: quibus per alia loca currunt ita quod in oppositum debemus eis breues cursus: atq; decliues impendere. **I**n proieciendo secundum proprietates expostulant tela in duricie longitudine: et grauitate potius ad extremitatem: quibus ad mediocritatem tendentia per planiciem iaculari volunt: et in quinque: vel sex ictibus fere ad omnes eorum potentias attingunt. Ideo in magno numero ictuum aut in paruo est cum eis proieciendus.

Melancolici quavis in modo operandi veloces non sunt: tamen quomodolibet maxima in eis durities inuenitur. Quocirca temperate est eis insistendum. que quidem contrarietas maior: ac potissima aduersus eos habetur. Non est propter duriciem cum eis coniungendum. et etiam ex eo quod plerique eorum magnam vim continent: Tametsi paucam industriam: et agilitatem habeant. Tandem stricto modo manendo pauca eis ars sufficit: Tuz vero in his strictis apprehensionibus non potest libera agilitas inhiberi. Sed procul vel in apprehensionibus brachiorum manendo maior scientia: atque agilitas operari potest: ita quod cum melancholicis perutile est a longe: ac temperate decertare in modo currendi breui cursu indigent: et precipue per accliuia loca: quamobrem ad eorum contrarietatem cursus longus: et per decliuem locum ponendus est. In iaculando breuia ponderosa: ac dura tela: et accliuia loca querunt contra quos oportet plures ictus imponere et cum astre: vel sustibus longis teneris atque leuibus.

Quoniam modo cum phlegmaticis nos habere debeamus.

Cap. l.

Phlegmatici in principio operandi paucas vires possident: et tanquam relaxati sunt: et itidem nos cum eis apertitudinem nostram ostendere debemus. Sed in operibus velocissime est concludendum: scilicet quod vires nostre extemplo ponantur: causa quod minores negotio ipsos capiamus. Sic enim videtur quod nihil sentiant ita quod tanquam inexpectati labantur. Et si plures ipsos tangimus in qualibet temptatione cauamus quod aliquantulo in uiribus crescant taliter quod gradatim adeo in uiribus crescant quod difficile est ipsos amplius conuincere quemadmodum in primordiis uidebatur: Quonia in quocumque prolixiori exercitio aliquantulo melius se habent: et cum eis ad strictum coniungi perutile est: Quia plerique omnes magni sunt: et quia lenti possumus omnino per inferiores partes ingredi. Nam dum ad propinquas apprehensiones deueniunt non possunt se tantum tutari: ut omnes vires suas irroborent. **I**n armis huiusmodi discursum faciunt in decliu: seu in descensu. longo cursu indigent: et propter contrarietatem breuis: et accliuia querenda est. **A**d brachiandum: siue proiciendum accommodatior est eis hasta longa: atque tenera: et per decliuia loca: ac per decem aut duodecim ictus ultima: que possunt proiciunt. Pro cuius rei contrarietate tela breuia: et rigida sunt accipienda: et quod in duobus: aut tribus ictibus proiciatur.

Quomodo secundum varietatem corporum diuersimode operemur: et qualia arma: et loca ad conformitatem diuersorum hominum eligenda sint.

Cap. li.

Si homines carnosissimi sunt in principio proprii sunt: tametsi confestim declinent: Et e conuerso sentientium est de his qui magnis ossibus: ac nervis sortiti sunt. Nam ossa: et nervi in principio paruum ostensionem agunt. Venum vero fortes reperiuntur. In quocumque actu: aut modo decertandi viribus perutile esse dicimus cum fortibus loca dura: lata: et spaciola eligi cum paucis armis: et vestibus ne firmiter apprehendere queant. Tuz debilibus autem locus arctus: angustus: atque tener ponderose. et succincte: siue stricte: ut apprehendendo eos manibus valeamus ad conducendum ipsos: et cum illis: qui parum sciunt ita ut cum fortibus operari debemus: cum dextris autem: siue artem habentibus eodem modo quo cum debilibus.

Qualiter unusquisque qualitatem sui elementi de quo maiorem partem sue compositionis accipit decertaturus accedens prosequatur.

Cap. lii.

Modus dispositio: et tempus in quo quisque validior cum meliori animo: atque agilitate reperitur facillime cognosci potest: omnes enim qualitates suorum elementorum sectantur: et quoad istam normam ordinanda sunt armorum certamina primitus sanguineos ponendo eo quod nequeunt ex improviso inuadere: causa quod nil de viribus suis nequidem de dispositione deest: in quo siquidem acquiescere debent quousque ad principale opus deueniant: et sicarditas deueniendi ad conflictum aliquam partem suarum virium aufert: verum et enim in quocumque homine deficientibus viribus animus pariter declinat.

Qualiter hic aut in modo decerandi melancolicos in secundo gradu ponamus. Cap. liij.

In hoc bellico conflictu melancolici debent secundo loco poni: aut prope sanguineos: quibus parum veloces sint: at vero membrorum durities magnum fortitudinis robur initio infert: et ideo habent oportunitatem resistendi sanguineorum promptitudini: tum etiam offendendi in aliorum tarditatibus.

Qualiter in tertio loco ponendi sunt colerici ad ineundum certamen. Cap. liiij.

Colerici ad capeffendam pugnam tertium locum expetunt: namque in principio aliquantulo impediri inveniuntur: quanquam optime dispositionis sint. Sed cum illa occupatione: que eis tanquam velamen innata est initio melius est paulisper morari. Quippe quod in videndo aliorum certamina vires sue roborantur: cum qua etiam mora: et quod ratio ipsos concomittatur potiusque si alterius complexionis essent: bona est sibi in principio aliqua mora: hi volunt corpora sua aliquanto agitari antequam ad pugnam deveniant.

Qua ratione in pugna phlegmatici sunt ultimo loco ponendi. Cap. lv.

In quovis certamine phlegmatici ultimo loco esse debent: quandoquidem nimiam moram agunt priusquam in eis vis dispositio: atque animus roboretur: que omnia simul insurgunt: ita quod corpus invalidum reperitur non potest proprium contentum operandi ordinatum assumere. Quapropter licet vires phlegmaticorum adeo magne essent: quemadmodum sanguineorum. cum in principio tanquam soporati sint oportet membra sua frequenter exercere: antequam ad principale certamen deveniant: et dum exercitati difficile est quod vincantur: quoniam superantiam: quam sanguinei in primo imperu contra phlegmaticos tenent postremo phlegmatici contra sanguineos habent.

Qua ratione scitis aliquibus artibus nonnulli eas quotidie exercere debent. Alii autem raro ob variarum complexionum consonitatem. Cap. lvi.

Omniibus quidem utile est aliquam artem adiscere: nihilominus est aliquibus saluberrimum membra continuo exercere: alijs vero non. Sanguinei postquam aliquam artem sciunt pauca consuetudine indigent: ut de omnibus: que didicerint recordantur: et cum agilitate ipsa agant: et si ea que sciunt continuerent valde eis obesset eo quod per nimiam vehementiam: vel promptitudinem sepe res dirumpunt dum frequenter hoc modo laborant. Colerici satis expetunt exercitium in suis artibus: nam facillime possunt labores tolerare precipue ubi exercitium ab eis primum impedimentum aufert quod colerici a natura habent. Melancolici parum necessitantur ad disponendum assidue eorum membra quandoquidem sufficientem promptitudinem durities prestat. Phlegmatici frequenti exercitatione indigent: quoniam assiduus labor aliquantulo promptiores ipsos reddit: tum etiam ex eo quod ubi maior necessitas exquiritur vires immittunt: et ex nimia continuatione non possunt sua membra devastare: quia nunquam totis viribus in aliquo puncto: aut loco innituntur.

Quatenus unumquodque animal aliquam habeat monstrationem a natura tributam de sua levitate: ac fortitudine: atque illo quo est aptum. Cap. lvij.

Si inspicere: et speculari volumus factionem a natura in quocumque animali positam ad proprietates illius ad quod quelibet species inclinatur: aut dirigitur hac via facile cognoscemus inter particularia virtus speciei quis membra habeat ad levitatem appropriata: utpote ad currendum saltandum: quis ad firmiter manendum: quis ad luctandum: et quis ad iaculandum: et sic per varia exercitia discurrendo: nam licet luctatio communiter cum levitate tendat ad nullum iaciendum ea: que levia sunt brachia extensa esse debent: et quod admodum directa quod stare nequit si homo in primo gradu non accipit magnam partem colere: In secundo sanguinis: et in tertio phlegmaticis. Sed pauca esse debet: et in huiusmodi corporibus

maior est temperantia: quã leuitas. Attamen in cõmuni luctatio cum leuitate protendit: ad propositum nostrum de varijs animalibus redeundo natura aliquatenus animalibus super terram nutritis ad ambulandum dedit quatuor pedes: aut tibiae fere equales in longitudine factione: et grossicie: et homini omnino cum magna differentia. Accirco in homine dicimus tibiae: et brachia: Licet in hoc quaternario numero nos cum brutis conformemur. Sed homo ex inguine vsq; ad calcem: siue fontem pedis habet vno tertio plus de longitudine quã brachium vsq; ad pulpeculam manus: et bruta sicuti canes: aut equi solum de cina parte longiores habet posteriores tibiae: quã anteriores: aut tibiae: quã brachia in grossicie. Nos itidẽ valde dispares sumus de tibijs ad brachia: et bruta fere equalia: quãuis ipsa aliquatenus fortiora brachia: et nos multo grossiores tibiae: quã brachia. Non tamen intelligas quod absq; legitima causa sit tanta varietas distributa: dato quod natura: aut diuino precepto homo capite sursum eleuato ambulare debet: et bruta antè extenso: atq; supino: vt tam elatis ancis: quã humeris: et vtriusq; partibus cõmuniter cum capite equalibus. Unde conueniens erat quod brachia: aut tibiae anteriores tam alte essent: aut cum pauca differentia sicut posteriores. Quum assidue: et equali bilance sint tantam corporis quantitatem sustentature. Et quoniam cõmuniter bruta magis fatigant cum brachijs: quã cum tibijs natura eis aliquatulo fortiora dedit. Sed quia homo totum corpus continuo super tibijs sustentat natura: siquidem prouidit ad faciendum ipsas brachijs grossiores: atq; longiores: et sic quãuis vellemus naturam nostram contrafacere tãquam bruta ambulando magnum laborem inueniemus: et tandẽ paruum nobis proderit: habemus niulro grossiores tibiae: atq; carnosiores in nostra quãtitate persone: quã aliquod aliud animal ad suas respectiue. In magnitudine pedum: et manuum cetera animalia in proportione persone nostre excedimus. Tãerit quedam aues rapaces magnos pedes: ac manus habent: quibus se adiuant: et homini propter suorum pedum: tibijs: et musculorum magnitudinem nullum animal bipes cum magna quantitate equiparandum. In brachiorum aptitudine valde superamus cetera animalia. De tibijs autem non tantum maxime cum manibus propter magnam digitorum distinctionem varia officia peragimus: que a nullo alio animali fieri possent. Leuia animalia subtiles tibiae habent: paucum ventrem: et amplos lumbos: musculos vero subleuatos: aut in altum recollectos: et graciles siue asciutas tibiae: non magnos pedes: neq; manus magis super longo: quã super rotundo respectiue ad graua animalia: et hac regula possumus in particularib; cuiusq; speciei nos obseruare. Unde homines qui subtiles: et asciutos habebunt pedes: ac tibiae musculos subleuatos longiores ex plante pedis forcatura: quã ex forcatura ad summitatem frontis paucum ventre: et amplo pectore: aut humeris leues erunt: quicq; grossas tibiae: et lacerta ponderatiora. Verumtamen ad firmandum pedes: et ad apprehendendum manibus validiores erunt.

Qualiter animalia optime proportionata cito egritudines sentiunt: atq; eis resistere possunt: et quod aliter disproportionata animalia agunt. Cap. lviij.

Naturalem regulam esse cognoscimus quod corpora bene organizata cito aduersitates: et egritudines sentiunt: et etiam ad resistendum ipsis valent. Qui vero male proportionati sunt aliter agunt: nam neq; in breui sentiunt: nec quidem possunt deinde longo tempore detrimenta: atq; incommoda tolerare.

Cõmuniter videmus qualiter animalia debilis complexionis parũ comedunt: et ieiunare nequeunt. Sed que forte ac robustam cõplexionem possident: dum volunt multum cibi assumunt: et fami quoq; resistunt.

Debiles vero: aut non recte organizati: nec multum comedunt: nec famem tolerant: et hic rationabile videtur posse debiles cum infirmis comparari: Egrorantes enim vna vice parum cibi assumunt: assidue tamen ipsum expetunt. Infirmus autem nil aliud est: quã debilis: aut cuius membra in confusione versantur: quam quidem difficultatem a natura omnia animalia male composita habent.

Differentia inter sanos: et infirmos a natura.

Cap. liij.

Cognitio naturalis inter sanos: et infirmos accipi debet: vt in alio libro diximus vbi de clavis: et occupatis cõplexionibus tractatur: nõ enim dicimus natura infirmum eo quod aliquo membro mancus sit: nisi quando infirmitatibus subijcitur: quod per naturalem cursum: vel ab accidente veniant: tamen si quolibet cõ-

plexio a casu periculum reperit. Infirmi- tates vero: quas quodammodo naturales passiones vocamus: non accidunt omnibus complexionibus equaliter. Quanto enim minus digna materia veluti terra: et aqua ta- ro magis egritudinibus subijcitur: et etiam vnaqueque melior aut peior temperata est iuxta dispositionem in qua inueniebantur patres: et elementa dum generamur: et hinc accidit sanos esse aliquos de infima ma- teria sortitos: quoniam patres sani: atque integre etatis erant: tunc quum ipsos generauerunt: et aer qui in eo puncto decurrebat: aut regnabat auster vel fauonius: et etiam ostenditur solem: et lunam non fuisse in op- positione: nec in coniunctione. Nonnulli quoque appellant infirmos illos: qui non adulti sunt: et senes itidez: ac debiles. Sed quo ad veritatem non possumus recte hos infirmos appellare quous adueniente infirmita- te facilem ingressum contra ipsos habeat. Culpa enim etatis: et non corporis est. In egritudinibus acci- dentalibus non ponimus aliam regulam: quia sicut iam superius assignauimus cunctis hominibus acci- dunt: nisi quod citius sanant: et a maioribus periculis euadunt illi: qui agilioris: ac fortioris complexionis sunt.

Quomodo magna sit difficultas ad cognoscendum personas eiusdem complexionis. Cap. lx.

Magna difficultatem esse dicimus ad cognoscendum differentiam inter duos eiusdem complexio- nis: quia quis essent duo homines ferme equaliter colerici: et quod similiter alie tres complexionis seque- rentur. Magna tamen ibi disparitas reperiretur. Unus enim promptior ac leuior in agibilibus corpora- libus: alter vero magis intellectum fortitur. Et hec pars siue cognitio non potest adeo distincte ascribi: vt cito cognoscatur: nihilominus facillime possumus ipsam visualiter edocere: quoniam vnusquisque in seipso quandam demonstrationem habet de promptitudine duricie: aut mollicie sua: sicut dum aliquem coleri- cum cernimus in se promptitudinem demonstrare: et recollecta membra seu breuia: ac dura super illo quod simplicibus colericis datum est: hic autem similiter intelligendum est quod fortis: ac satis promptus erit in actibus membrorum. Et si alter etiam colericus quandam in se suauem temperantiam ostendit ac su- per se manere absque dilatatione: aut recollectione suorum membrorum: potest nimium admodum in intelle- ctualibus: alijsque corpori competentibus valere. Quamquam non sit adeo promptus: nec leuis in principio. Si vero ostendit se habere membra dilatata mollia: et satis carnosa in operibus intellectui competentibus prestat potius: quam in agibilibus corporis.

In qualibet complexionis sunt nonnulli: qui bonum aspectum habent: et isti aliquantulo rigidi videntur: ac distemperati respectu pulchritudinis eo quod multo maiorem quantitatem melancolie: ac phlegmatis assumunt: quam in factionibus suorum membrorum ostendant: hoc est dum eos prima facie aspiciamus. Quum autem aduertimus omnino voces eorum sparsas cognoscimus tanquam de phlegmate sortitas: et duras ad similitudinem melancolie. In factionibus tamen quemadmodum colerici esse videntur: licet in colore aliquantulo magis rubri: Sed dum voluntur aut plicantur duriciem demonstrant: et in his quoque aspi- ciendum est quis magis: et quis minus has proprietates ostendat: et hoc modo de quacunque complexio- ne considerari oportet. De autem disparitates: aut similitudines varie accidere solent iuxta dispositiones patrum: et elementorum quando generati sumus: et secundum qualitatem terre ex qua hanc generationem accipimus: quia penes hanc frigiditatem: caliditatem: altitudinem: humiditatem: aut siccitatem sumus sa- ni: infirmi: fortes: aut debiles.

De aduertentia quam homines habituri sunt: dum ad generandum filios operam dant: vt habiles nascantur. Cap. lxi.

Cum a natura oia animalia que habilia membrorum sunt super alia eiusdem speciei: atque generis extiman- tur. maxime adhibenda est cura in tempore generationis: quod patres in prospera valitudine sint: vt filij na- scituri eis assimilari queant. De similitudine vero in bona: siue in mala parte nil dubitaf. Sed de bona que- rendum est. Et vt facilius a quocumque ea: que dicimus agnoscantur: nonnulla exempla in brutis sepe nume- ro visa adducemus: vt in capite alterius omnes doctrinam capiamus: quod si volumus facile erit. Vnmodo rationale natura nostra assequi velimus. Exempla siquidem talia sunt. Coringit sepe animalia siluestria: et domestica simul in coitu generationis incurrere: vt anseres: anates: et sues fetus: siue filij: qui nascuntur: qua- nis in domibus nostris: et iter hoies nutriant: per totam vitam quandam vmbra: seu instinctu siluestrem obseruant.

CLeniores: et fortiores tantum sunt: quatinus si de patre: et matre domesticis nati. **C**Quamuis hec animalia eiusdem speciei sint solum quia sus masculus est syluester: et femina domestica: filius obseruat semper aliquam similitudinem patris syluestre: atque fortem: unde fit quod omnes sues domesticos deuincit: ubi plenum exemplum capere possumus ad cognoscendum quomodo homines: et mulieres se habere debent ad propagandos filios: dum simul concurrunt. **C**Nam si patres senes sunt semen distemperatum apponunt: et ita filii intemperati nascuntur: et cito senescunt: si iuuenes patres: propagationes debiles oriuntur: si infirmi filii quoque: non intelligas sub ea infirmitate patrum: nisi inhabiles: et ad infirmitatem prompti. **C**Sed hec dimittam: et ad alias veniam exponitiones: que secundum exercitia: et cibos: quos assequimur causant.

CNam si patres in ocio degunt et abundantias ciborum accipiunt filios tanquam porcos pure domesticos generant: quoniam nil de fortitudine nil de habilitate in eis apponunt de vera habilitate loquendo. conuersabiles: aut ad doctrinam capiendam apti esse possunt: dummodo patres curiales: aut in conuersatione suauis multorum hominum dediti sint: ut principibus: et quibusdam alijs magnatibus hominibus contingere solet: quia quamuis maximam quantitatem ciborum assumat: et tanquam ociosi in motu membrorum maneat quia assidue de conuersandis pluribus hominibus diligenter intelligunt: filios bone indolis generant ad capiendam doctrinam promptos: tamen de raro fortes si patres ociosi manent: aut in locis clausis: vel occupatis: quoniam ita principes veluti alij homines: ita membra sua: si volunt: exercere possunt: tunc vero filios fortes: atque habiles generabunt. **C**Nam etiam rustici qui pigri sunt filios etiam pigros generant: et rudis conuersationis: nam sperma eorum nimium inhabile est: et tanquam syluestre circa conuersationem. quoniam dum membra nostra habilia: atque sana manent: omnia que in his membris sunt similiter se habent: unde fit quia membra repleta ciborum: et ociosa sperma rude: atque impurum producant. **C**Nequidem inferendum sit quod exempla iam de brutis posita de varijs speciebus simul occurrentibus ad coitum intelligatur veluti de asino: et equa: sed quod in vna sola specie similes diuersitates non contingunt tamen quod sues syluestres: et domestici eiusdem speciei sint probatur: quoniam filios: quos simul generant: etiam generant alios: et id quod de patribus diuersis in specie nascitur non potest filios generare. **C**Et hec est potissima regula ad comprehendendum absque ambagibus ea animalia: que de vna: et eadem specie sunt: et que de diuersis.

CIta prosequendo animalia diuersa in specie dummodo habeant sexus accommodatos ad concurrendum in actum venereum: simul filios generare possunt: preter hominem: qui non potest generare nisi cum specie sua. Sed ad propositum dum animalia varia in specie generant filium: inhabilis est ille ad generandum: et quod oritur de ansere domestico: et syluestri: et quod nascitur de sue domestico: et syluestri sunt apti ad generandum: unde constat porcos syluestres: et domesticos eiusdem speciei esse: et per hanc viam discernendo facile agnosci potest qualiter omnes canes de vna: et eadem specie sint: quoniam dum in coitum occurrunt cuiuscunque generis sint: id quod ab eis nascitur etiam filios generat. **C**Circa dispositiones locorum ubi filij propagandi sunt animaduertendum est: quoniam omnia animalia tam plante: quam sensuualia nimium de dispositione locorum in producendis fructibus cognoscunt: et non tantum aspiciunt principium natiuitatis: aut ubi generata sunt: immo etiam dubitationes ubi indices transmutantur: gratia exempli. deducimus equum: et equam de hispania ad galliam postmodum generant filium. equus qui in galliam generatur: et nascitur quamuis ab equo: et equa hispanis nunquam ita bonus seu habilis erit veluti si in hispania generaretur: et filij: qui deinceps ab illo filio generantur: adhuc debiliores sunt: in quo exemplo animaduertere possumus de locis ad filios generandos appropriatis.

CSigna principalia ad cognoscendum homines: qui solent pingues fieri.

Cap. lxxij.

CSigna breuiora ac principaliora ad cognoscendum hoies: quibus periculum pinguescendi iminet: tria esse opinor: quorum primum est quod puritas digitorum subtiles habeat sicut quod puncte dure: ac solide fere tanquam in temperate: aut liscie: vel solide: et tactui insipide. **C**Tertium est quod homo valde tenuis sit in quacumque erate ipsius accipimus faciem solidam: aut extensam pellē hanc ut vndique plena videatur sine rugis: quod enim temperata effigie possidet seu in modo submisso quamquam plena carnis sit non pinguescit in albo saltē in quantitate. Sed hic habebit summitates digitorum potius laticas molles: ac temperatas. hec enim est causa quam pinguescant illi qui dum paruuli sunt crassi dicuntur: et postmodum attenuati: et alij: qui in adolescentia subtiles erant: et cum tempore pinguescunt. Qui

vero in tenera etate sciisset ipsos p̄siderare cū iisdē p̄ditionib⁹: quas hic ponimus cognouisset q̄ pingue fieri debebat: et q̄ attenuari: aut seq̄ illud mediū: q̄ i iuuetute iuxta p̄plexionū proprietatē ostēdebat.

C Regula ad faciliter cognoscendū quis magnā memoriā habeat.

Cap. lxiij.

C Ad cognoscendū de facili quis magnā memoriā habeat absq; aliquo prolixo fundamento tres principales partes sunt respiciende: quarū prima est quod caput rotundū sit: altum: et per tēpora subleuatū: secunda quod frontē magnā vel in anteriori parte superciliorum eleuatā. Tertia vero quod per omnia membra viuacitatem cū duricie ostendat ita q̄ in his magnā memoriā sortitur: et quanquam non nisi vnā istarū habeat semper sufficientem memoriā continebit cuiuscunq; complexionis erit: hec enim signa promptā melancoliaz: aut bene temperatā denotāt: et quod sanguis ipsam assequatur.

C De proprietatibus: que augent: aut minuant memoriā.

Cap. lxiij.

C Omnes homines: qui dure complexionis sunt in memoria crescunt ad similitudinē duricie seu melancolie. Relaxato tamen corpore memoria in eis debilitatur: et in suauitate: atq; inuentione crescit. Neq; hic recte relaxatum dicitur nisi aliquantulo mollificatum: seu temperatum. Considerandū est etiā qualis hec duricies sit quoniam si aliqua persona turbata: vel occupata est cuiuscunq; complexionis tarde concipiet: et paucā memoriā habebit. **C** Circa memorias hominum: et ingenij promptitudinem: tarditatem atq; inuentionem quemadmodum de actibus ipsorum membrorum ad extra vidimus ab intrinseco considerandum est. Sicut enim melancolicus integre vel rigide ambulat eodē mō memoria eius se habet licet nō vobis sed valde retentia. **C** Sanguinei vero in capiēdo ac dimittēdo citi sunt in actibus membrorum et sic talis est eorum memoria: **C** Colerici temperatiores et cōmunes ad quoscunq; actus: quocirca eorū memoria semper in inuentionibus discurrere videtur. Sed paz obseruat ea: que inueniūt. **C** Phlegmatici i principio: et sine suorū operū tardi sunt: pariterq; i memoria: ex quo talē similitudinē adducere possumus inter memorias ita dicēdo. **C** Melancolicus videtur quicquid accipiunt quodāmodo marmore inscribere. **C** Colerici in tabula. **C** Sanguinei in papyro. phlegmatici vero in tela.

C Quasi paucā reminiscētiā possideāt illi quos dicim⁹ eē magne memorie. Cap. lxx.

C Illi: quos magne memorie esse dicimus: paucā reminiscētiā habent tametsi de aliquibus minimis verbis recordātes: deinceps totū capitulū i mēte narrēt. vbi vero oīz verborū obliuiscuntur vident ferme post ipsa hostiū obserare. Ideoq; oportet sere tāquā ex nouo redire ad adiscēdū illud q̄ prius sciebant. Alij vero nōnulli: vt colerici minus rerinēt: q̄uis i toto obliuiscant de aliqua prius nota facultate dū incipiunt narrare historiā: vel materiā recordant: aut i memoriā veniūt: alias illā sniam itellexisse: qz vt plurimū quoddā vestigiū: siue signū restat d̄ illo q̄ prius didicerāt. hic autē quo ad similitudinē dicimus taliter memoriā se habere: sicut qñ aliquod vulnus i mēbris nostris patimur: qz q̄uis nobis videat sanos eē: semper aliquod istarū remanet i quo vulnus erat: et p̄pterea si cicatricē aperire volumus facilius ē: q̄ si alias non fuisset scis locus ille: et similiter memoria nostra se h̄z: quoniā h̄z de illo: q̄ scimus obliuiscamur: i memoria tñ aliquod vestigiū remanet: aut dexteritas: p̄ quā facili redigimur ad illud q̄ olim scueram⁹: q̄ ad alias facultates: de qbus nullo tempore noticiā habuerimus.

C Qualiter p̄siderāda sit d̄ria iter spēs: et spēm sicuti iter vnū hoīez: et aliū. Cap. lxxvi.

C Quēadmodū tā i plurib⁹ locis d̄ d̄ria iter p̄plexiones hoīez tractam⁹: ita pariter p̄siderādū ē de vna spē animalū ad aliā. Quedā enim spēs gn̄aliter magnā partē d̄ vna p̄plexione assumūt: et quedā de aliā. Hec quoq; varietas circa diuersas puincias crescit qz i hispania: aut greca vniuersalr multū d̄ colerica: et sanguine animalia accipiūt. **C** Galli vero germani: atq; hūgari d̄ phlegmate: et melancolia i maiori parte sunt p̄positi: et si diuersas spēs accipimus q̄uis i eadē puincia sint: vna earū multū melancolie acci

pit sicuti: et versus: alia vero de colera ut leo: et similiter in alijs speciebus sequitur secundum varias regiones: et animalia differētia assignādo: et per huiusmodi viā cibi salubriores sunt: ac porius reperati in vna patria: quā in alia: et sic carnes sanguineorum tenere: ac subtile sunt. **C** Colericorum asciucte: vel cum pauca humiditate: et temperate.

C Melancholicorum dure: atque grosse phlegmaticorum vero molles: et sparse. **C** Preparata coria animalium colericorum solida sunt: et pauca crispēdinis: et in se maximā spissitudinē ostēdūt. **C** Circo diutius: quā alia durāt. **C** Coria sanguineorum liscia: aut solida: et subtilia. phlegmaticorum mollia: et sufficiēter grossa: tamen dilanata. **C** Melancholicorum autē grossa: et crassa: et crispēdo in quātitate grossa: aut collinosa.

C Qualiter considerāde sint animalium factiones utpote vbi longe: et vbi breues esse debent: et quo pacto similia membra mensurāda sint. Cap. lxxij.

C De cōmuni cōsuetudine animalium factiones aspiciunt volentes cognoscere an fortia: debilia: graua: leuia: ac magni: vel parui anhelitus sint: et prosequēdo de eiusmodi conditionibus: que via optima ē: quāuis complexionēs distincte nō cognoscantur quādoquidē ex longa consuetudine generatur talis habitus nobis ostendens: que factiones significent fortitudinem: et que debilitatem. Nihilominus vtilitas emanat de cognoscendis pplexionibus. Quippe quod in quacūq; complexione aliquatenus membrorum varietas reperitur: et tñ in operādo conformantur: dum de vna complexione: aut parum discrepāt. **C** In cognoscendo per consuetudinem aliq; inueniuntur ad condecēte perfectionem effusi. verumtamen difficile est perfectā haberi cognitionem de animalium robore: debilitate leuitate: aut grauitate si eorum complexionēs nō cognoscimus: aut ratione vndiq; dimetri scimus. Unde mensurā fortium: ac temperatorum inuenimus esse propriam colericorum animalium factione: aut multum in sua cōpositione d aereo elemento assumētū. **C** Si gnum fortitudinis in quocunq; animali quem admodū in alijs partibus dicimus est: quod longum sit de gropa: aut ancis: et in quoquomodo demissis hoc est: quod non sint alti gallones: nec super gropa in modo canalis: nisi quod mediū anca sit altius: quā in aliqua alia parte: et in modo equali: vel declinū veniat deperdendo altitudinem vsq; ad inum. **C** Et vbi longa gropa semper pectus est longum. pectus enim ad ancas correspondet: et vbi ance: et pectus est longe: necessario cinctura: aut sellare currum: seu breue: et si currum d sellari: et de pectore: et ancis longum: sequitur quod forte: et huiuscemodi quoq; temperata animalia. **C** Aduerte tamen quod etiā sunt quedam animalia melancholica: et multum de terra assumentia: curta d sellari: pectore ampla: atque ancis fortia pro vno ictu attamē distemperata sunt: et ista sunt breuia de tora psona ancis pectoribus sellaribus: vel cincturis: et ita de alijs membris. Sed colerici solum de cinctura sunt curti respectiue ad alia membra. **C** Ubiqueq; vero curta anca maxime si ossa quadrilium alta tener: aut multum subleuata debilitatem: ac distemperantiam significat. **C** Valde aduertendū est super alia parte quum maximopere principalis sit: hoc est: quod pectus bellatoris equi: ac similitum animalium esse debet super ea figura: qua est pectus auis: quod in anteriorem partem dirigatur: et acutatur ita quod habeat multum de tergo: vel spina per mediū spatularum eunte vsq; ad spinam pectoris: et parum comparatiue de vno latere ad aliud. **C** Et de hac factione sunt fere omnes colerici. **C** Attamen sciendum est quod aliqui sanguinei: aut sanguinei phlegmatici melancholici pectore valde antierius subleuato: et concavis spatulis fortissimi sunt fere quod spina antierius erga pectus ponatur: et summitates spatularum: aut origo brachiorum retro gredi ostendunt. Quocirca similes homines: vel alia animalia etiam sunt pandi: vel insellari de cinctura hoc est lumbis infimi ad partem ventris declinando quorum vero nullus ad proportionem sue magnitudinis accipiendū est fortis nequidē magni anhelitus: aut laboris: quoniam de magno anhelitu: et magno labore conuertuntur: aut idem sunt. **C** Tergū vero: vel spina non debet esse concavus: nisi ferme equale cum summo: vel cartilagine spatularum. Et hoc modo valde distat ex tergo ad pectus nequidem conuertum esse debet. Omnes enim gibbosi ad monstrosam similitudinem tendunt: et hi curtum habent collū: parus de persona dispositi sunt: quāuis sufficientē fortitudinem haberent. Nos autem nō dicimus de tali altitudine terginū quod directe vadat: ac parum super alto comparatiue ad alios homines tanto quod non tendat ad monstrositatem: qui quāuis velint se erectos ponere super spatulis fixi esse vidētur: et quod collum super pectore de necessitate cadere vult: et illi quos in hoc loco commendamus licet de cōsuetudine: aut voluntate faciendi cum tota persona: aut cum solis spatulis antierius tendant pene inualcati quoriscūq; se suble

Primus.

uare volunt: directi manent nullam tumiditatem: neq; nuditatez super spatulis. hi quoq; collum satis longum habent penes eorum complexionem. **C** Et quod maior fortitudo sit habenti magnum spacium posterioris spine ad punctam pectoris: q̄ vnus lateris ad alterum rationabiliter ostenditur: naq; omnes magne vires: quas agimus sunt eundo per directū ad anteriore partes: vel retrocedendo: nec vlla magna fit super latere taliter: quod factio in longum directa ex tergo ad pectus vadit super extenso anteriori: & ampli de latere ad latus: aut de humero ad humerum in transuersum fortitudo vadit: vnde oritur de necessitate talis differentia: vt quando cum lancea: vel palo punctim per directuz iacimus quod magnū icrū suffert absq; q̄ frangatur. **C** Si autem ex transuerso percutimus: cito rumpitur: ita quod homines: qui longi sunt ex tergo ad pectus vim per directuz agunt. Quicq; amplius de humero ad humerū per transuersum. Unde necessario sequitur meliorem esse factionez in longum directam supra pectus: q̄ de humero ad humerum. **C** Nihilominus dum ponenda esset vis per transuersum: aut super latere dicendum est: qd̄ qui ampli sunt de humero ad humerum magis appropiantur. Attamen ista factio longa ex spatulis ad pectus potius hominibus: q̄ alicui alteri animali est utilis. Toraz enim vim ferme supra pectus agimus: quoniam in altum subleuari imus: & alia animalia antierius super quatuor pedibus protensa adeo quod vim quasi equalem per omnia membra capiunt. Tamen in cunctis animalibus hec factio est magne fortitudinis signum. **C** Ad mensurandum de facili quis longus sit de tergo ad punctam pectoris: & quis d̄ latere ad latus oportet quod homo ponatur in aditu cuiusquam hostij inter duos cardines: aut parietes vni tamen herendo cum spatulis: & quod iunctim: ac directe quantum poterit maneat. **C** Hinc capiendus ē vnus palus: qui ex pectore ad alium cardinem: aut murum eiusdem aditus hostij veniat: potest etiam ex transuerso eadem mensura capi. Unde faciliter ac certe videtur quis longus sit ex tergo ad pectus: & quis de latere ad latus. **C** Et eadem mensura capi potest de equis i aditu cuiusq; ianue quod veniat vnus palus: aut mensura ex vno hostij cardine: & alius ex alio ad equi latera: nam forrasse nollet quisquam cardinem attingere duo pali: aut mensura capiende sunt. **C** Et ad mensurandum altitudinem: aut longitudinem crucis super spatulis ad pectus ponendus est vnus palus super humeris: aut crux: que ex spatulis vsq; ad latus: aut versus aditum ianue veniat: & subtus pectore mensurandum est cum alio palo vsq; in terram licet quod quum vnus equus de tibijs sit longior alio etiam mensuranda est illa maior: aut minor tibijs longitudo vt sciamus quantum sit vnus cuiusq; bustum.

C De quadam aspicientia super naturali situatione membrorum animalium: q̄ vtilissima ē atq; vniuersalis ad multa pauco labore de animalibus cognoscēda. Cap. lxxvij.

C Fere per viam in superiori capitulo expositam quendam vtilissimum ordinem inscribere possumus ad cognoscendum paucis verbis: aut cum pauca difficultate animalium aptitudinem. Primum itaq; dicimus quod vnus cuiusq; animalis amplitudo: vel dimensio per transuersum assumpta non ex posteriori parte intelligas: nisi per diametrum: eo modo quo diximus de mensurando in alicuius hostij aditu: q̄ ampli simus ex spinatio ad cuspidem pectoris: aut de humero ad humerum hoc modo dimetiri possumus tres partes: que equales: vel fere equales in animalibus resultare debent: hoc est ex vna puncta digiti pollicis: aut indicis vsq; ad punctā alterius pollicis: siue indicis in altero pede: in clunibus vnus ossis clunaris vsq; ad aliud: & ex vno humero ad alterum assumendo per illud directuz. vnde sub axilla enenit. Brachium enim humerum exauget ita quod q̄uis brachia declinentur lateribus ipsa adiungendo si quisquaz bone factio nis est venit per vnā manum: aut cum pauca differentia ex humero ad humerum magis q̄ ex clune ad clunem: aut ex vno osse ante ad aliud. **C** Mensura puncte vnus pedis ad alterum in quolibet capienda est tunc quum exolutus aut sine aliqua arte ambulat iccirco in sensualibus animalibus semper recta hec regula obseruatur fere equales esse in eis has tres partes in latitudine. Quicq; ad hoc signum propinquior sit maiorem pre se fert fortitudinem ac temperantiam: & per eundem ordinem in oppositum assumptum: qui magis deuiat is vtiq; distemperatior. **C** Aduertendum est hoc modo quod post pene ossis clunij

subleuate eant ad exteriorē partem tendendo erga mediū crus: et ex medio crure vsq; ad genu pende
 re debet cum suauitate pauco rigore: aut quantitate ad interiorē partem: et quod ex genu inferius aliquā
 tulo incipiat foras tendere vsq; ad plantam pedis. Attamen parum esse debet: et suauiter puncte pedis
 paululum foris: et non nimium: Qui enim punctas valde foris pendentes ducunt deformes ambulāt: ac
 distemperati sunt: quia aut multū de phlegmate accipiunt: et isti magnos pedes habent respectue ad ma
 gnitudinem pernarum: aut quod melancolici sunt sanguinei phlegmatici: Nihilominus parum d phleg
 mate tenent curtos pedes: ac paruulos passus agunt: vel se facturos ostendunt fere in modum anatum
 nodosas habent iuncturas vel aliquantulo grossas comparatiue ad grossitudinem canicularum: vel ter
 tiorum tiliarum pernarum crurium tabularum brachiorum: atq; tirozum: vel musculorum. ¶ Phleg
 matici: qui vertunt punctas pedum exterius: aut magis proprie: qui eos torquent: aut obliquant ma
 gnum ostendunt laborem in subleuando ipsos a terra. Quicq; pernas nimium foras vertit: seu extrahit
 tit pro maiori parte vnū genu cū altero tāgit. ¶ Ex his quedam sunt fortia animalia non tamen aspectu
 formosa licet temperatiora q̄ oculis inspiciantur. ¶ Aliqua ex eis optime currunt attamen quando sub
 tiles habent tibias: et pedes ad longum tendentes: ac macros. Sed de similibus nullum est magnas vi
 res sortitum: quoniam tiliarum grossicies cum alijs membris dedecet. Qui clunium ossa ampla habent:
 aut habere videntur: et inde deperditum vadunt vsq; ad plantam pedis se restringendo duri sunt: et di
 stemperati: et hi magnum sortiuntur interuallum: siue spacium ex vno genu ad alterum: aut quod arcata
 dicamus exterius per genua tanto quod puncte pedum fere interius veniunt: et vnum circa aliud. Hec pro
 prie melancoliam significant. ¶ Nullum similitum animalium est temperatum: sed pleraq; eorum fortia:
 nam sepe in eis accidit quod corporum magnitudine dimetiantur ob quam simul cum duricie si non es
 sent ad magnum opus exequendum saltem pro fortissimis circa vulgus reputantur. ¶ Huius comple
 xionis: atq; factionis multi equi frixones: et theutonici inueniuntur: nec vllus ex eis magnus cursor esse po
 test: q̄uis aliquantulo melius saltent: q̄ currant. ¶ Pro iustia tamen si corpulenti sint grossis tibijs: ac ma
 gnis pedibus: nullo quidem pacto boni sunt: quanquam veteres iustratores forte ad huiusmodi secretum
 minime inspererunt: et iccirco prompta est ratio taliter procedendo. ¶ Vnus equus: qui ex propria eius na
 tura ambulat fere iunctis pedibus: aut parum aperto vno ab altero ex solea posterioris pedis vsq; ad os
 clunis excrescens in amplitudine vadit: tum etiam ex soleis: seu plantis anteriorum pedum vsq; ad dimi
 dium spatularum ita quod amplitudo superius mansura accedit: strictum vero inferius. ¶ Capiamus
 nunc exemplum de aliquo edificio: vt de pariete: quod si in fundamento strictus est: et in altum gradiens
 vadit in amplitudinem excrescendo quodcumq; paruum inconueniens: aut icrus ipsum quatiens demoli
 tur. Ad eniz subrus fundamentum habet in lateribus reparans ne supra eos ruat: et sic dum aliquis mu
 rus in lapsum tendit obsidem: vel repagulum iacimus quod ex latere veniat capiēdo spacium funda
 menti multo maius illo quod paries habet: et eodem modo equi strictis: aut fere iunctis pedibus ambu
 lantes licet fortissimi sint in iustia seu conflictu non habent in quo latere se affirmant: et ideo cadunt: atq;
 facilius. Nam ex seipsis quoq; distemperati sunt: aut quod dicamus duri. ¶ Quamobrem pro iustia
 multo meliores sunt equi: qui tibias: ac pedes habent paululum exterius pendentes licet non tam fortes
 essent: quoniam in eis se affirmant tanquam in punctalibus. ¶ Tum etiam d se plerunq; temperati sunt:
 qui hanc complexionem sortiuntur. ¶ Equos: aut aliquod aliud brutum animal non possumus instruere
 vt pedes ferant magis vnitos: vel apertos: q̄ natura eis tributum fuerit: homines tamen edocere possu
 mus: et melius ac promptius p̄ceptum quod datur: est quod quando ex accidente operamur natura
 lem ordinem a natura in corporibus bene compositis positum imitemur: quemadmodum superius dixi
 mus: quod quando ambulamus sine reminiscantia punctarum: digitorum: pollicum: pedum: aut indi
 cum tantum vnus ab alio deuietur: quātum homo amplius sit ex vna clune ad alteram: et cuz spacio vni
 humeri ad alterum: sicut exposuimus: quātum puncte minimorū digitorū continere debeat de spacio vnus
 ad alium circa vnam manum: aut cuz pauca differentia magis: q̄ ex vno humero ad alterum. In clunibus
 aliquanto minus spacij propter brachiorum grossiciem: sicut iam dictum est. ¶ Si iuctamur: currimus:

aut iacimus: utpote baculum: vectem: saxum: esquina byspano idiomate nuncupatum: aut cactus grossus in hoc eodem compassu obseruaturi sumus: quandoquidem nos presto inuenimus: atque ex pedicos ad eundem anterius posterius: et per latera ac semper compassatis viribus: et tibias magis aperiendo quāuis corpori repagulum faciant ne ad latera declinare queat permittunt ipsum faciliter anterius: aut posterius cadere. Non enim possunt cum tempore congeri ad ponendum se inferius: et ad eius sustentationem: si pedes iuncti sunt: aut fere iuncti. Maxime si vna puncta pedis alteram respicit quod cuiusq; paruum strategema: ut tozus de facili taliter euntem prosternatur: licet suapte natura pernas haberet foris pendentes: et iccirco luctando respiciendum est: quod quando alter passum agit circum eundo si pedes vnit eodem puncto armetur super illo latere in quo corpus magis amplum: aut exterius: quā pes remanet. Ita quod obseruato hoc naturali ordine maxima resultat cognitio de fortitudine debilitate temperantia: ac distemperantia animalium quo ad artem quoq; nimium adiuuat. Quidam subtilis pedibus: ac pernis sunt: et grossi pectoribus: vel humeris: et leues sunt. Sed ut satis temperati: atq; leues necesse est quod tibias: ac pedes aliquantulo foris habeant: sicut iam scriptum est: Quia quum arbores de se quo ad truncum circa fundamentum ampliores sunt: et inde paulatim vadunt deperdendo in edificijs quoq; ad hoc quod fortia sint eadem regula est obseruanda: ita et nos ex accidenti oportet taliter pedes disponere quod eorum puncte aliquod maius spacium: quā humeri: et clunes capiant: quod quāuis natura aliquod concavum: seu spacium dederit inter vnam tibiam: atq; aliam: ut ambulare possimus ad hoc quod fortes maneamus nos accomodare debemus aliquanto magis amplos: seu spaciosos subtus: quā alium de ut iusta mensura quodcūq; superius membrum acquiescat super eo spazio quod pedes capiunt: ac distantia vnius ad alterum tamen si deviandum non sit: preterquā in modo: quo ambulant illi: qui natura bene compassati sunt. Dum enim nos adiungeremus: aut exempliaremus in maiori quantitate distemperaremur. Equitando eundem hunc ordinem in membris nostris obseruaturi sumus: ut in suo proprio loco apparet.

Quamobrem decet omnia animalia tam volatilia: quam quadrupeda esse munita in partibus superioribus: In inferioribus vero gracilia: ut leuia esse queant

Cap. lxi.

Cum superius aliqua signa fortitudinis in animalibus posuissimus: nunc vero in hoc capitulo prosequendo ferme tantum de signis leuitatis agemus: licet quod in alijs locis describendo complexiones multa de leuitate: gravitate: temperantia: et rigiditate posuimus: quāuis fere tantum in hominibus exemplabamus: nunc enim de omnibus animalibus perfectis tam de volatilibus: quam de quadrupedibus dicemus: semper tamen eodem signo in omnibus obseruato: quod in hominibus alibi posuimus. signum vero tale est: quod membra in partibus superioribus nimium munita sint: in inferioribus siquidem subtilia: ut lacerta et manus idest de cubitis ad inferius gracilia. musculi vero: aut de cubitis ad humeros: humerus ipse: et pectus grossa: seu munita cinctura super lumbos: vbi cingimus subtilis: coxe grosse: de genu vsq; ad inguines: tibias vero infra genua graciles: que signa in omnibus animalibus denotant leuitatem: vnde aspiciendum est quod nullum animal multum munitum carnibus in naticis: aut gruppis: et diminutus in pectore potest esse leue: et ita septemmero contingit in aliquibus equis: vel mulis: qui habent longam gruppam: et in modum pluuiosum: hoc est quod non habent alta ossa clunium: sed submissa: que ambo sunt optima signa: et tamen quia de humeris: aut super scapulis ad pectus habent paucam: quāuis possideant collum subtilem: et caput paruum: talis equus semper parum currit: licet quod sepe istius complexionis sunt de bona natura: mansueti: et sufficienter tolerant labores: sed carent leuitate: nā oportet vniq; de

que animal vt leue fit: in partibus posterioribus: seu inferioribus: idest circa naticas subrefaciatum esse habens pectus magnum: videlicet de humeris ad pectora: pectus ipsum vero non in modo tabulato seu quadrato: sed veluti rostrum nauis vel pectus auis esse debet. **C** Aues omnes siquidem que leues in volando sunt aut veloces in transeundo per aërem: et durabiles volatu: diminutas habent clunes circa coxenda: aut inguines: pectora grossa: alas longas: atq; penas vt falco: et accipiter: aquila: columba: hirundo: in hispania vero auion vel véccio: et Rundonon in vulgari italo: ita denominatus habet similitudinem cum hirundine: et tamen maior: et niger est: et ita diminutus: aut breuis in tibijs: et longus de alijs: qui cum cadit in plano non valet ad seipsum lenandum: contra quam difficultatem surgendi natura ei tale instinctum dedit: quod semper in loco nimium decliu: aut alto sederet: ex eo quod permittendo se cadere volare posset: nulla auis de qua nos cognitionem habemus est ita diminuta: de tibijs ad proportionem corporis sui veluti ista quam rundonon vocant: nequidem munita de alis: neq; quod tantum velociter volit: saltem quo ad visum nostrum: et semper ferme vniformiter: quedam aliarum specierum auium: sunt in pectore satis munita: breues tibijs: et coxas satis graciles habentes: et tamen quia penas in cauda habent curtas: et capita maxima: parum volant in velocitate: et duratione: vt bubo: niticozat: et similes ances: que in nocte ad venandum ire solent. **C** Alie aues aliarum proprietatum etiam inueniuntur ita longe tibijs: et colla atq; rostra habentes: in cauda breues: que in velocitate volandi dimiute sunt: vt grus: cicóia: et similes: et tamen dum sunt in altitudine competenter longitudine temporis volando manent in aere: sed non nimium eo: quod cura sunt longa: et capita collum: atq; rostrum: et omnia hec nimium ponderant: et plurimis sufficientibus ad volandum carent: in his membris. **C** Nonnullae alie sunt aues veloces volatu: sed in duratione deficiunt: vt anates: et perdices: tamen perdices cum minore velocitate volant: Quoniam coxas habent satis minutas: anates vero licet alas longas non possideant: q; in partibus posterioribus circa gruppam seu coxenda graciles sunt fortiter volant per illud spatium quod vadunt: anafes vero etiam syluestres quasi multum in parte posteriori munita sunt carent velocitate volandi in cursu: siquidem omnes aues habentes tibijs grossas: breues: aut longas: atq; longas alas sunt dimiute: vt aquila: buter: rundo non: anas: anser: inter longas siquidem ciconia: grus: omnes he et similes in velocitate currendi deficiunt: perdices vero et fassani: corumices: et similes: que habent tibijs infra genua subtiles: coxas grossas: nimium currunt. **C** Et inter alias aues: quas ego hactenus vidi galline indiane: aut ita denominate nimium in cursu preualent: et etiam tibijs habent subtiles: currunt ferme quantum homo: aut cum pauco discrimine. **H**uius generis gallinas: illustris dux Ferrarie hac tempestate plures habet: velociuscule volant: sed non nimium nequidem in longitudine vadunt. **C** Et aduertat quia etiam hec signa de tibijs auium posita in omnibus alijs animalibus veritatem tenent: quare nullum animal habens in specie sua: aut in genere cura nimium longa: et gracilia aut grossa: atq; curta inuenitur leue in cursu: licet coxas respectiue ad tibijs in quocumq; animali grosse esse debent: vt ad currendum valeat: quo fit vt nullum animal: quod tibijs nimium munitum est: ad grossitudinem coxarum comparate: q; in leuitate preualeat.

C Differentia inter magnos homines: et parulos in membrorum exercitijs: ac de temperatis seu discioltijs: et rigidis: et quod maiores: ac disciolti preualent. **Cap. lxx.**

C In hoc autem libro causa breuitatis tantum nonnullos modos operandi in membrorum laboribus designamus. Sed de probatione quod ita sit: aut non sit parum: vel nihil ponimus: intelligas in modo argumentandi. **A**t solum descriptiones accommodamus: quod auribus sentiantur: vel rationi congruant. **C** In pluribus locis: dum de maximis membrorum laboribus agimus: corpora magna: ac temperata: seu exoluta que in vulgari disciolta dici solent: paruulis: et rigidis prestantiora esse dicimus: quod sepe aliter circa vulgus habetur. **V**erum tamen in similibus non est de vulgo curandum: Sed quia contingere potest quenquam doctum: ac peritum in hoc libro lecturum esse: et magno: ac disciolti: quos nos preferimus: arguet: aliqua de iisdem fundamenta sunt assignanda.

C Nam opponendo dici potest sepe: aut plerūq; videmus mediocris stature viros in membrorum operationibus magnos excellere: et experientia tenetur tanquam mater rerum id est pro vltima probatione assumitur: itaq; dicendum est: quod homines paruuli: vel mediocris magnitudinis validiores sint: q̄ ma gni.

C Item vis vnita validior est: q̄ diuisa. In paruulis hominibus est vis potius vnita: q̄ in magnis. et in rigidis: q̄ in dissolutis: siue discioltris sequitur: quod paruuli: et duri meliores. **C** Præterea si assumim⁹ duo ligna equalis grossitudinis: quorum vnum sit longum: et aliud breue: id quod longius facilius: q̄ breue plucatur. Unde concedendum est magnos homines facilius plicari: vel declinari: q̄ paruuli. **C** Sed contra has oppositiones: et his similes multa quidem manifesta adducere possumus: licet pauca hic ponamus. Assumpta tamen hac via quisq; per se ad multa alia noscenda decurrere potest: et in primis respondendo ad experientiam: quod plures homines mediocris: q̄ magne stature validi inueniuntur istud conceditur. At nos dicimus quod dum aliquis magnus bene proportionatus est: maiorem vim habet: q̄ paruulus. Et hoc in quacumq; animalium specie comprobatur quod quanto maiora in eodem gradu compaginata tanto meliora in quantum ad maximum robur spectat: nam in agilitate: et leuitate semper validiora sunt mediocria animalia: vt ad currendum: tripudtandum: saliendum: et similia. Sed ad aliquod magnus pondus remouendum: vel vt hoc animal illud eijciat: aut illud istud magnum vtiq; pluribus modis est validius. Primum quod maius pondus habet: et ideo non potest a paruulo remoueri: et paruulum de facili remouetur dato q̄ maximam vim habeat eo magis quod i corpore maximo si recte compaginatus maior vis: q̄ in paruulo datur. **C** Ad vim vnitam respondendo dicimus quod in paruulo corpore non vere est vnita nisi i pluribus paruulis multiplicata: aut diuisa. Sed in corpore magno recte vnita dici potest: quia illa vis: que in pluribus paruulis datur in vno solo magno consistit. Quocirca in magnis recte compaginatis est vere dicendum vis vnita. In paruulis vero diuisa. Nam dato quod presto sit: quia paruula nequit proprie tanquam vnita denominari: quoniam vt partiuncula: et non tanquam vis integra se habet. Qua de re plerūq; contra aliquos: qui paruuli et animosi sunt dicere assolent. Si totus iste venenum: aut ferrum esset quidnam faceret quod magno operi possit. Nunquam tamen similia de magnis dicuntur si bene proportionati. **C** Concedimus quod in armorum certamine præsertim dum pauca: ac leuia habent arma offensibilia: et nulla defensibilia. Defensibilia tamen pro induitiuis armis intelligas. arma enim que offendunt: etiam defendunt. Sed ad rem dum vnusquisq; in modo suo arma caperet magni sup paruulis valerent iisdem equaliter in membrorum bonitate: aut disproportione gradatis. **C** Arma tamen diuisa mus: et de viribus tantum dicamus: non enim in armis huiusmodi differentia tam manifesta videri potest: præterq; in palestra: vel in proijciendo aliquem vectem ferreum: aut magnum lapidem: siue i subleuando maximum pondus in quo palam virium magnitudo cognoscitur: Et hic quanto maiores tanto quidem meliores in equali proportione bonitatis organizationum. **C** Et hic vltra quod in magnis mēbris de ratione maior vis: q̄ in paruulis datur: ceu in lignis grossis lapidibus: ceterisq; corporibus comprobatur. alia potissima extat differentia: quando quidem magnus quotiescumq; armare vult: aut cum suo pede alterius pedes offendere ad libitum potest attingere: hoc autem nequit paruulus aduersus magnum. Non enim postq; apprehensi sunt tantum potest paruulus deuari. quin in duobus passibus facillime a magno adiungatur. Sed paruulus cum difficultate pedes magni attingit. Brachia itidem longiora ea parte qua volunt apprehendere possunt non autem breuia. Similiter si paruulus: et magnus enses capiūt: et equales sunt ambozum enses vterq; eorum cum vno passu ingreditur brachium porrigit cum ense quantum potest: et in anteriorem partem corpus inclinat magnus per cubitū attingit: et forte magis: q̄ puul⁹: et hoc modo in palestre strategemate contingit. **C** Alterius si in apprehensionibus brachiorum tanquaz a longe sunt magnus accipit tanquam de inferiori ad superius: et paruulum subleuare potest. Paruulus vero de alto assumit: et nō potest magnum subleuare et per declinationem tantum difficile est alterutrum vinciri. **C** oportet enim subleuare: atq; voltam prebere. Ad propinquas apprehensiones deueniendo: si magnus supplantatur: vel super proprios pedes recta linea declinatur tantum declinari pot: quantuz paruul⁹: qui quum postmodum erigitur paruulum secum deducit. Unde opus est quod ipse paruulus amissa terra totus in aere remaneat: et ipse nunquam magnum subleuare potest: licet vterq; nihil sciret: dum ad propinquas apprehensiones: vel ad lūbos p cicturā apprehesos deuenirēt: paruulus eēt melior vbi equiter fortes ne illo tunc magnus sup pprijs pedibus declinet. **C** Similiter hoc i loco duz corpus est appropriatum.

Sed si ambo multa sciunt: magnus et exolutus melior. **C**Licet hic plures decepti sunt afferentes: Duricis non cedit: seu non plicatur: ergo aptior ac melior ad palestram: quæ si disciolta membra. Et hi non aspiciunt qualiter minimo digito potest quævis hominem proicere si rigidus manere vult: hoc est quod locum amittere nolit. Unde fit quod motus pedum semper sub toto corpore ambulanti: atque resistentium in palestra: non autem rigiditas: siue fixitas. Et veluti temperatus motus absque rigore est precipuum remedium in palestra: aliisque pluribus certaminibus: multum quoque valet plicari corpus dum oportunum fuerit: non enim sequitur non plicatur: ergo non cadit. Nam rigidus palestrita ad aliquod latus declinando torus integer cadit: sed temperatus: quævis plicetur non prosternatur: siue ad terram labitur: quoniam duri tanquam ligna sicca se habent: et temperati: vel disciolti tanquam viridia. Unde quævis magni facilius: quævis parvuli duplicentur: non propter hoc facilius cadunt. Non enim hic in duricie fundamentum: aut resistentia omnino est habenda: præterquam in temperato motu: et temperatus motus absque aliquâ plicatione: seu membrorum concedentia fieri nequit. **P**reterea soluta: ac longa membra multo maiorem ictum agere possunt: quævis breuia: et rigida. quia si aliquem volumus pugno percutere: et parum ab ipso brachium deviamus: aut parvam voltam assumimus paruum ictum: seu per.ussionem agere possumus. Nam quanto maiorem distantiam brachium sortitur: maiorem vim secum adducit: et sic longa arma maiorem transensionem faciunt: quævis parvula: ut lancea bombarde: et similia. Parvuli vero quum curta: aut breuia habeant membra: non possunt magnam vim contra adversarium emittere: licet dum in apprehensionibus propinqui: vel admodum uniti sunt: et in locis strictis leuia brachia: atque arma valere solent. Verum tamen præ maiori parte meliora sunt arma longa contra breuia: quævis breuia contra longa: et similiter brachia. quod autem temperantia multum super rigiditate in operationibus ad extra tendentibus valeat pluribus experimentis videri potest sicuti assumendo unum lignum de ilice: et aliud de taxo. Taxus mollior est: et facilius plicatur quævis lignum ilicis: et tamen in proiciendo sagittam multo præstantior est arcus de taxo: quævis de ilice. Et quævis lignum ilicis durius sit: dum plicari incipit: multo facilius: quævis de taxo rumpitur: et tale exemplum inter homines discioltos: ac rigidos ponimus. Lancea longa dato quod subtilis sit quia ex causa longitudinis vibratur dum ictum assumit maximam percussione agit: et brevis ex eo quod non potest tantum vibrare neque longum cursum vendicare minus transit. Idcirco longa: et temperata brachia: quia minimum vibrant maximam vim imittunt.

Quam ob causam dum de complexionibus agitur ad tertium librum de cognitione hominum est occurrendum. Cap. lxxi.

Ad habendam sufficientem de complexionibus noticiam eo modo: quo nos ipsas prædiximus: videndum est in tertio libro de cognitione hominum. Ibi enim latius: ac distinctius pertractatur in quo quadraginta: et unam complexionem invicem distinctam ponimus.

Quatenus in modo cognoscendi observanda sit differentia inter membra brevia: et longa: quævis eiusdem complexionis sint. Cap. lxxij.

Postquam de quatuor principalibus complexionibus agimus quomodo originem habeant super his de alijs pluribus compositis: aut reolutis cognoscere possumus causa videndi quantum unum quodque corpus cum aliqua ipsarum primarum conformetur: licet dato quod duo homines eiusdem complexionis sint. Membra curta: vel brevia potius dura ac velociora: quævis extensa erunt. Ideoque videntur nimium de sanguine: et melancholia sortiri. Si vero longa membra sunt: tardiora: et parumper temperatiora reperiuntur. Et ista potius coleram: et phlegma continere videntur: quandoquidem in quoquo modo phlegma cum colera similitudinem habet. Melancholia vero cum sanguine.

De quodam generali intentu super complexionibus.

Cap. lxxiii.

De unum de complexionibus agendo quidam universalis intentus est observandus: scilicet quod semper

memorie mandemus quemadmodum sanguinei in omnibus veloces sunt: tum verbis: et motu: tum vero cursu: et saltu: ac quibusque alijs: et cito de consilio in consilium transeunt: cito quoque deficiunt.

Colerici in omnibus principijs aliquanto impediti sunt: et fere velum quoddam ante oculos tenent: ac vero temperati sunt: et nimium anhelitum ad durandum in laboribus habent.

Melancolici assidue in duricie recolliguntur: nec prompti sunt: nec tardi. Nam licet ponderosi sint duricies eorum incitat ipsos ad voluntatem mouendi.

Phlegmatici semper molles: atque pigri: satisque in longum durant: semper tamen lento passu pergunt.

Sanguinei paucis ossibus: ac nervis sunt compaginati: et satis carnosiusculi reperiuntur. Color eorum ad rubedinem deducitur: vox scabrosa: pronuntiatio optima. Qui et minoris persone sunt: quam alij alterius complexionis.

Omnes colerici asciti: vel macilenti sunt: ac magnis ossibus: et nervis. Juncture eorum optime colligatae: atque expedire manent. Voces suaves: que et a longe audiuntur. Pronuntiatio defessa: ac submissa: nec satis explicita: id: quod dictura est: non tamen balburientis. Balbutientes enim communiter nimium de melancolia accipiunt: postmodum vero equaliter de omnibus complexionibus.

Phlegmatici pleni sunt carnibus: et etiam magis ostendunt quam habent propter eorum dilatata membra. Carnes molles: et magne stature possident.

Pronuntiatio eorum bona atque abundans: vox autem grossa: et sparsa. **M**elancolici semper durinosi: et ample persone reperiuntur. Pauci ex eis sunt magni in longitudine. Sed vniuersaliter nimius latus: et rigidi exeunt quamquam magis omnino integri videantur. Propterea quod eorum membra recollecta sunt.

De quatuor complexionibus equalibus: et de differentia: que in hac compositione reperit. Cap. lxxiii.

In alio volumine de complexionibus hominum tractantes vnum corpus quatuor equalium complexionum descripsimus: hoc est dum animal paulo magis de vno elemento: quam de alio accipit: tamen ibi nullum ordinem enarrauimus: inter has quatuor fere equales complexionibus: quod vna prius: et alia posterius sequatur tale exemplum ponendo videlicet: si colera et phlegma simul sunt: dum colera prior corpus melius efficitur: et si phlegma precedit deterius: pari modo intelligendum est: quando de quatuor complexionibus quasi equaliter corpus gradatur. Quod si melancolia: et phlegma precederet corpus animalis valde disproportionatum erit. Et ubi colera: et sanguis precederunt: et vna istarum alteram sequitur corpus melius nasci solet: presertim si colera prima erit: quoniam ipsa semper corpora nostra temperat. Quod breuiter plerique ex quatuor complexionibus ferme equalibus gradati dum principaliter coleram sortiuntur delectabiles aspectus habent: atque in conversatione suaves: Nam qui homines sunt: et equaliter ad competens ingenium attingunt. Ideoque difficulter cognosci queunt: ostendunt enim bonam habere compositionem: attamen quandoque de quatuor equalibus: et etiam in quoquo modo videtur colericos: phlegmaticos esse. Nihilominus duri: et asciti sunt: atque asperiores illo quod phlegmatici: atque colere competit: et ex hoc quandoque ambiguitas emanat: an ipsos in tertia: vel quarta complexionibus ponamus. In quo discernendus est: quenam prima: et que secunda complexio sit sequendo per tertiam et quartam. Si vero omnes fere equales sunt: vel due: aut tres in eadem mensura: et alia siquidem parua pari modo de corpore iudicandum erit.

Quonam pacto per factiones aliquam competentem cognitionem de pueris iuxta natiuitatem habere possimus. Cap. lxxv.

In altero libro agendo de cognitione hominum posuimus: quod dum in pueritia: aut iuxta natiuitatem sumus eo quod membra nostra tunc adhuc indistincta sunt parua potest haberi cognitio de complexionibus nostris. verum tamen quod sepe numero contingit quod patres vellent cognoscere habitum filiorum quum nati sunt: hic aliqua ponemus regulam: per quam de omnibus pueris: quamuis circa natiuitatem aspiciantur: saltem mediocrem cognitionem habere possimus: que cognitio tantum in factionibus crurum: brachiorum et capitis consistit: in thorace vero fere nil comprehendere possimus. **Q**ui ordo cognoscendi talis est: quod in primis gracilitatem: aut grossitudinem in tibijs infra genua: et aliquantulum magnitudinem et paruitatem pedum aspiciamus pariter lacertos brachiorum: de cubitis ad manus: atque ipse manus sunt considerade: et si tibias infra genua et lacertos sub cubitis respectiue ad grossitudinem tibiarum: et musculos brachiorum graciles sunt hoc significat pueros sagu

neos esse: seu multum de elemento igneo habentes: vel melancholicos: et si tibiæ sub genibus: et lacerti sub cubitis grosse sunt respectiue ad crura: et musculos brachiorum colerant: aut phlegma significat. **Q**uoniam factiones sanguineorum: et melancholicorum in aliquibus conformantur: et pariter in altera similitudine colerici: et phlegmatici conformantur: hoc est in factione: in tactu: et voce vero nimium difformes: sed in habitu (ut diximus) satis conformantur: et tamen aspiciendum est quod melancholici in quocumque tempore maius ostendunt os per omnia membra: quam sanguinei: et iuncturas nodosas habent: sanguinei vero subtiles: seu paruulas: etiam sanguinei habent maiorem distinctionem in furis: et melancholici tibiæ habent conuexas ad foras: que in lingua hispana steuate dicuntur hoc est dum pedes veniunt fere ad coniungendum se: et tibiæ per genua: et ibi circa nimium deuiant: taliter quod altera ab altera fugere videtur: licet quod omnes pueri iuxta natiuitatem tibiæ tortuosas: siue in hoc modo struatas habent: et tamen melancholici potius conuexas: quam alij. **I**n capitibus quoque multa agnoscere possumus. quoniam sanguinei: et melancholici facies rotundas: ac curtas habent: sed est disparitas: quia per tempora melancholici sunt altiores: et etiam frontes maiores habent id est magis ad partem anteriorem super oculos onerantes non quod oculos habeant nimium submissos: sed frontes grossas. sanguinei vero planas habent frontes: licet quod capita satis rotunda. **C**olerici: et phlegmatici vero longas possident facies: sed phlegmatici maiorem quantitatem carnis ostendunt: atque potius mollem a sincipite ad occiput: aut de fronte ad cerebrum colerici potius longi quam phlegmatici sunt: et per tempora extrictiores. **E**t hec signa: que posita sunt apparent in pueris: per que satis de complexionem ipsorum puerozum: si recte aspiciere volumus: ad iudicandum valemus: etiam in lugendo vnusquisque ostendit complexionem suam: hoc est in vocibus: quas emittit: videlicet si sanguineus: vel multum de elemento igneo assumens voces subriles: atque acutas habent: melancholicus siquidem duras: horribiles: et de capite colerici voces temperatas: atque teneras emittit. phlegmatici vero expansas: atque grossas habent voces: et hoc in quacumque etate nostra obseruatur. **A**erum tamen semper in paruulis vnum incognitum restat: hoc est quia non valemus ad cognoscendum vnquam que complexionem in seipsa: quantum temperata: vel distemperata sit: perfecta vel imperfecta: et quoniam per etatem iam perfecte membra distincta sunt facile de differentiæ cognoscunt: ut in libro de cognitione hominum late ostensum est.

Descriptio exteriorum membrorum: ut facilius intelligatur per membra in quibus appellationes agere debemus: turari: aut nocere: ac de ea cognoscendi complexionem. Cap. lxxvi.

In hac membrorum subsequenti descriptione ferme hispanorum idiomata assequar: licet omnia firma vocabula membrorum in latina lingua reperiant: et tamen hic causa: quod hoc capitulum cum alijs conformetur: quodam noia hispani idiomatis continebunt. **C**irca hispanos membra huius exteriora in tres partes diuidunt. **P**ars siquidem inferior usque ad indigines: seu crurium summitates perna: siue tibia appellatur: exinde vero ad collum vulgariter corpus: aut bustum: et in greca lingua a quibusdam thorax vocatur. **E**x humeris autem usque ad supra collum: et caput dicitur. **N**omina firma: ac particularia a pedibus inchoando anteriores partes digiti vocantur. summitates ipsorum puncte: et digitus grossior pollex. **A**lter vero qui sequitur index: et longior digitus medius digitus: aut medius communis appellatur: alius consequenter annularis: aut cordialis. **A**ltimus autem minimus digitus nominatur. **N**omina vero digitorum pedum ac manuum eadem sunt. **N**odi digitorum: aliorumque membrorum iuncture vocantur: et ex vna coniunctura ad aliam tertium communiter vocatur: et hoc per tota persona assumitur: et tota pars pedis inferior plata vocatur: et in dimidio vbi est illa concavitas vola. **P**ars vero posterior calcar: et super pede vulgariter enpene: seu dorsum pedis quod summitas: aut facies pedis dici potest: et vbi pes cum tibia euenit hispano ydionate gargata: italico autem collum dicitur: per quam viam guttur potest appellari: et nodi: qui in illo loco a latere sunt maliola nominari. **E**x pede usque ad genu tibiæ dicimus: et illud subtile quod iacet inter suram: et maliolam nos ciar rectam vocamus: alij tamen garronem: hoc est subtilius: et ierius quod sit in tibia. **S**ed garro proprie in brutis est. **G**rossitudo tibiæ sura nuncupatur: tota que pars anterior spina: vel spinella: et inter crurum et tibiæ per anteriorem partem genu. **A**llud autem os grossus: quod inest rotagia: vel rotuscula: et pars posterior poples: vel curua ex proprietate dicitur. **P**rima pars cruris per anteriorem locum musculi: et de genu usque ad inguines: siue ad thoracem costa: quamquam super genu exterius musculi et dici possent: quum subleuata caro sit. **F**emora: atque femoralia in summitate costæ circū circa intelliguntur. **E**nde reperitur: quod ensis super femore accingatur: et hec pars femoralis proximius expedita esse debet. **N**am dum in natiuitate: et inguinibus circū circa suffarcinate costæ non sunt sem

per signum gravitatis: et suffarcinate leuitatis: ac solutionis. **De inguinibus:** vel iunctura clunibus ubi costa attingit usque ad plantas pedis simul omnia crura vocantur: et in particulari ex genu ad pedem tibiæ: et in hoc latini cum vulgari conformantur: quoniam perna in vulgari assumitur ex planta pedis usque ad summam partem costæ totum simul deinceps super genua usque ad inguines costam: vel muslum dicimus: et ex genu ad pedem nuncupamus pernam: et hoc modo latina lingua crura assumit pro costis: et tibiæ simul: et tibiæ tantum pro inferiori parte: id est de pede ad genu: et costam ab genu ad thoracem: siue bustum. **Pes** in comuni assumitur infra malliolas usque ad summitatem digitorum. Sed sepe numero saltem in animalibus mortuis totum infra genu pes vocatur. **Quam** incipimus describere bustum: siue thoracem per partem pudibundorum inguina sunt: super qua versus clunes ilia dicuntur: et dimidium super virilia pendiculum: et illinc usque ad umbilicum alius. **Locus** cingendi circum circa corpus appellamus. **Inter** ipsam tamen: et pectus stomachus iacet. inde ad collum pectus: et ossa que circum circa pectus veniunt costæ vel costelle nuncupari solent: et tenerum ossis quod evenit prope stomachum chartilago: et inter chartilaginem: et os anche: vel clunibus ilia: et in vulgari igitur: vel fiancho super quo pravi dolores accidere solent: et ilia siue igitur in quibusque animalibus parva esse debent: videlicet quod sit paucum de ossibus anche ad costas quoniam dum ibi longa distantia datur semper animal est longum de ossibus: aut loco sellari curtum de humeris: et gropa. **Unde** nec forte nec temperatum esse potest. **Sed** per posteriores partes thoracis ascendendo nalice sunt: et dimidium quod ipsa dividit canale dicunt esse: ossaque laterum: vel super crura clunibus: vel gallones vulgare nomenclatur: licet nonnulli designent esse clunes ex nalicia usque ad circum: que pars lumbus vocari solet. **Quod** ex nalicia usque ad caput attingit dorsum: vel spina: et iuxta ipsius per circum lumbi sunt: et ex hinc ad nalicias: et ossa clunium renes situantur: et super canale nalicia est gropa: vel quo ad nostrum idiomata rabadiglia super lumbos usque ad collum scapule vocantur: quibus scapule fundamenta brachiorum sunt. **Prima** pars brachiorum digiti appellantur cum alijs particularibus nominibus: que de digitis pedum ediximus. **Manus** in inferiori parte palma: eiusque concavitas iris: vel vola: et in superiori dorsum: et circum circa concavitate palmis presertim ea grossitudo que pollicis adheret. **Prima** pars manus usque ad cubitum subtilior lacertus dici solet: et hispano idiomate muniaca: grossitudo vero iuxta cubitum tabula. **Deinde** supra cubitum molledo: et grossitudo circa humeros musculi: vel tori: et torum brachium: aut id quod ambobus brachijs accingere possumus vlna vocatur. **Subtus** brachio prope ortum: ascella est. **Descendendo** tamen per thoracem latus: et super toto brachio usque ad collum humerus dicitur: et os colligens humerum: et pectus furcula. **Concavitas** vero: que est iter ipsius: et collum saltem in vulgari olla vocatur. **Ex** humeris superioribus prima pars collis: antè guttur: et nodus: qui ibi inest nux gutturaria: vel pomum: et versus latera colli cervicis sunt. **Sed** de capite tractando per prius mandibule situantur: et in fine ipsius barba: aut mentum: et postmodum oculus: a latere vero buche id est partes quibus cum flatu tumescimus: que hispano sermone carilly vocari solent: que pars dum alta: vel carnositas corporis inaptitudinem denotat. **Clausuram** oris labia dicimus: et intra os in anteriori parte dentes sunt: circa quos genuini dentes collocati. **Deinde** molares dentes: et membrum cum quo loquimur lingua appellatur: tum superius ascendendo nares: et nasus. **Sue** vero aperture fenestre appellantur: oculi per quos videmus: atque eorum regimine palpebre: super quibus in parte frontis ciliis: et superciliis: pili autem ibi assistentes ab hispanis pistagni nominantur. **Hinc** usque ad ortum capillorum capitis frontis: et super fronte usque ad mentum visus: vel faciei: et super latera facies: et fauces: atque in dimidio: vel in altitudine maxillas dicimus: et concavitate: que super maxillis est tpa nominantur: postmodum vero super latere aures siue auditus per que audimus: et supra totum caput vertex nuncupatur. **Altitudo** in posteriori parte cerebri: vel occiput: et concavitas existens iter colli: et cerebri coculum: aut colodrilium vulgare: et inter frontem: ac verticem incipit: aut calvaria.

Cur utilitas sit scriptoribus quod complexionem hominum cognoscant: ut dum necessitas occurrit de habitudinibus uniuscuiusque describere sciant. Cap. lxxv.

Quia ob causam qui historiam aut missivas litteras scribunt: et in eis habitudinem aliquarum personarum describere volunt decet: ut complexionem hominum cognoscant eo modo: quo in alio libro extensius descripsimus. **Ad** secundam viam preteritorum parum possumus de hominum proprietatibus describere nisi vulgare loquendo.

utpote magnus: et parvus: grossus: vel subtilis: albus: rubeus: aut niger. Sed ulterius nullam regulam pacificam: vel distinctam tenent: et sic prenotando: seu cogitando vadunt dicentes: pulcher aspectu rubeos: aut nigros capillos habet: magnanimus est bonus: atque sermocinator: et non quod hoc cum aliqua ratione ostendant: nisi quod imaginationem suam sequuntur. **C** Dicitur solet sanguineos esse quoscumque videre: aut ludere vident: et quod colerici sunt: qui irascuntur. **M**elancolici: qui parum loquuntur. **P**hlegmatici autem pigri: et talia opera in hominibus sepe ex consuetudine eveniunt: aut quod ipsa libenter agere volumus siue accidentaliter. **C** Complexio: etenim naturalis est: seu fundamentalis. Quapropter dum ipsam sequimur veram regulam habere possumus ad comprehendendam omnium membrorum habitudinem.

C De quibusdam communibus opinionibus circa hominum dispositionem. **Cap. lxxviii.**

C A plerisque dicitur solet complexionibus indies mutari. Nam membra alterari cernimus: aut vero salubriora: vel infirmiora fieri fortiora: aut debiliora. Sed quo ad veritatem non ex hoc suam fundamentalem complexionem immutant: quoniam he alterationes sunt. Etiam astuta hominem videntes ipsum calidum appellant imaginando: quod calida membra habeat: nos vero dicimus astutiam ex aerea complexionem procedentem eo quod temperata est: et super se similiter dicitur solet hominem per exuberantiam caloris irasci: quod aliter apparet: quoniam ira ab alteratione membrorum ultra debitam mensuram emanare solet. quod in ventis et aquis prospicitur qui semper cum vehementia alterant. **N**ihilominus tunc nimiam frigiditatem concipiunt.

C Qualiter timere debemus dum aliquid operaturi sumus. **Cap. lxxix.**

C Timenda sunt omnia opera antequam ipsa concipiamus. Qui enim hanc regulam non observat parum timoris potest alijs prebere: quatenus in duobus temporibus metus ipse eveniat: vel priusquam ad opus accedamus: aut dum iam in ipso sumus: qui autem prius metuunt ad preceperendum de futuris consilium capiunt eo: quod membra sua disponunt: et membrorum: ac verborum insolentias effugiunt: et opportuno tempore taliter inveniuntur: quod omnia promissa adimplere possunt.

C Quoniam modo homines verbosi timere solent. **Cap. lxxx.**

C Qui in principio plurimis verbis utuntur parum: seu nihil considerant de illo: quod essent postremo facturi. Quamobrem dum ad opus accedunt imbecilles: et invalidi reperiuntur: quousque plura dixerint: que ad effectum deducere nequeunt: quapropter necessario trepidant. Tunc enim metus maximum impedimentum ac damnum infert. Nemo enim recte operari potest dum formidolosus est tempore quo certandum esset. licet sub animositatis colore non sit vilipendendus hostis: nec impetuose aggrediendum: quoniam sicut est bonus animus illi: qui membra clarificat: et disponit: ita et malus: qui ipsam in trepidatione deducit. **C** Timorem dicimus quandam qualitatem alteratiivam esse: que exemplo in membris generatur dum aliqua adversa propinqua sentimus: sub qua representatione omnia membra scandalizant: atque deordinant. **C** Animus est quedam voluptuosa: seu vigorosa qualitas incedens: ac fortificans omnia membra ad consequendam victoriam cuncta adversa postponendo.

C Qualiter pudor aliquando causa timoris sit. **Cap. lxxxi.**

C Quandoque pudor timorem affert: tamen nullum periculum expectemus de eo quod facturi sumus: quoniam sepe numero accidit ex preteritis periculis: per que iam transivimus honorari. Sed dum pudorem rumpimus: aut transgredimur semper in cordibus hominum tanquam viles reputamur. Qua de re in pluribus locis ubi nullum imminet vite periculum aggredi veremur eo quod penes hominum consuetudinem maxima verecundia est illis: qui in similibus valere nesciunt. **C** Sepe homines animosi magis timent: quam qui viles nature: ac formidolosi sunt: quandoquidem animosi siue magnanimi semper cogitant se adesse in quocumque periculo si forte evenit. **C** Timidi quandoque ad periculosa loca accedunt

Primum.

verumtamen non omnino de futuris contingentibus cogitāt. Nam quotiescunq; periculum aduenire tenent illico fugiunt. Quāquam prius multa se aduersus hostes facturi esse dixerint. Nullum enim pudorem habent: si enim haberent hoc non agerent. Et sic dum nullum de presenti discrimen versatur: omnia videntur per seiplos posse subijcere. Itaq; maximopere respiciendus est in quocunq; exercitio quod facturi sumus: preferim in illis rebus quibus maius periculum contingere solet. Multi enim iacturaz passi sunt ex pristina consecuta victoria ex mala hostium diligentia: atq; alias cogitantes cum similibus idem se facturos de nulla sufficenti preparatione cōsiderāt. Unde de facili cadunt si expertos habent hostes.

¶ Quomō quilibet cognosci pōt quātus sit ī quacūq; arte ō ipsa loquēdo. *Cap. lxxij.*

¶ Loquendo de quacunq; arte facile vnumquēq; cognoscere possumus: quantum in ea valeat ad exemplum verborum: siue aliorum actuum: quibus tali tempore vtitur: tamen intelligas si magnam non habet doctrinam. Nam in eo tunc dissimulādo vnū p alio ponere potest. Qui enim sufficenter loquit: et quietus: aut sine motu manet indicat se magistrum esse: quoniam: qui parum sciunt semper assurgendo: ac declinādo corpus mouentur quandoq; a latere: et quandoq; anterius: et posterius eodem modo: quo agere solent dum in veris operibus inueniuntur.

¶ Differentia inter magnos: et paruulos. *Cap. lxxiij.*

¶ Communiter assumendo corpora parua: aut salte; mediocria sunt magnis corporibus aptiora. Vmū assumpto vno corpore magno: et alio paruo magnum in eo gradu paruum excedit quanto maius in quantitate erit. Et vltra dum bene vires exercere volumus oportet quod directi: aut tanq; magni pergamus: licet q; magnus semper debet super seipsum erigere: et declinare: non autem super hostem nequidem concedere quod alius per inferiores partes ipsum accipiat: que defensio facilis erit: quum vnusquisq; magnus ita vt paruis declinari possit.

¶ Qua etate homo fortior reperiatur. *Cap. lxxiiii.*

¶ Vigorem virium nostrarum dicimus esse in vigesimo quinto anno vsq; ad trigessimum. Sed non nulli ob aliqua inconuenientia: aut vitij fortiores sunt vsq; ad vigesimū: alij autem ad trigessimūquintū.

¶ Documentum ad sequendas vires corporeas: et intellectuales. *Cap. lxxv.*

¶ Aduertendum est quod ad habendas vires corporeas: et spirituales: et quod bene eis vti possimus necesse erit vitia effugere. Homo enim vitiosus plerunq; inuolidus reperitur interdum nimis plenus: et alias vacuus: aut debilis adeo quod non potest bene anima: et corpore potiri.

¶ Quales cibi magis sint nostris viribus conformes. *Cap. lxxvi.*

¶ Cibi quibus magis conseruantur: et corroborant vires nostre sunt illi: quod proprio medio manēt: et leues: ac repati sunt. Vires nostre fortiores magisq; expectate ad quolibet mēbroꝝ exercitiū vespere: q̄ mane.

¶ De illo quod solet blasphematoribus accidere. *Cap. lxxvij.*

¶ Qui pluribus verbis: et blasphemijs vtitur non sunt timendi. opera enim eoz cū verbis transeunt: et si contingit eis aliquem superare victoria est proxima sue perditionis vigilia: et dato quod quandoq; vincat contra vires hoc esse potest. Quia si cū validis decertaturi sunt nūquam victoriam vindicare queūt. Tandem si hodie aliquem vicūt quanquam pauci valoris sit cras ab alijs similibus vincuntur eo quod vbi blasphemā nullus ordo: et vbi non ordo nequaquam continuata victoria.

Quanta inuigilantia opus sit illis: qui in varijs regionibus personas suas experiri volunt. Cap. lxxvij.

Quicumq; vult extra propriam patriam vires suas exercere: quamplures contrarietates sibi occurrere repit. Na q̄libet puicia vult cōplexiōes aliēigenaz expiri: & q̄uis nō semp i simili casu extrisece ifirmi tates apparēt oīno corpa alienigenaz debilitant. quāqdē ob cām nēo san^o eē poterit: neq; diu viuere plures: atq; assiduas māfiones p diuersas regiones inutādo: & vltra hoc dū in varijs regnis cū pluribus operaturi sumus homines: qui ibi morantur artem nostram cum alijs operando aspiciunt: & nos suam videre nequimus: Si vero omnes in vnamet patriā maneremus continuo illud: quod alij de re nostra intelligere possent nos quoq; de sua sciremus. Ideoq; in huiuscemodi locis haud parum trepidanduz est: nec minus in vno solo hospitiō: q̄ in vna sola prouincia. **Q**ui enim in vno regno omnes superat. Pauci deinde in orbe terrarum inueniuntur: qui ipsum superare possent. Strenui vero ita possunt in vna prouincia parua adinueniri quemadmodum: & in magna. Ita quoq; in vna domo: sicut & in ciuitate. Tales enim strenui pauci sunt licet vniuersaliter non erunt in vna prouincia dispositi ita vt in alia: nec equaliter vtuntur in vna prouincia illo quod agere volumus sicut in alia.

Qualiter vt quis recte aliquā artē itelligat oportet q̄ i ea magister sit. Cap. lxxix.

Nonnulli aiunt se plura vidisse. At vero auctoritas. quam eisdem dare debemus conformanda est cum consuetudine: quam hi ad promendam veritatem habent. Neq; hoc sufficiens est. opus est enim q̄ expertus sit in illa arte quam fuerit enarraturus. Naq; aliter licet vidisset alios operari nō potest omnia sufficienter comprehendere: nec rectam deinde certitudinem de illo explicare. Quod hoc modo patet veluti docendo vnum hominem per quindecim: vel viginti dies. Et denuo iubemus: vt in actu ponat id: q̄ docuerimus: & sepe econuerso agit: q̄ sibi ostensum fuit. Quumq; in hoc abetretur: quanto magis errare possumus in rebus cito pretereuntibus: & quas antea non viderimus quandoquidem tam cito transeunt quod oculis verum discerni non possit: qui autem in ea facultate magister est in videndo principium maiorem partem totius operis comprehendit.

De illis: qui quandoq; vincere: & interdum vinci solent. Cap. lxxx.

Ignominiosum est velle cum preterita victoria remedium vel cooperimentum contra presentes iacturam adducere: tamen hoc sepiissime accidere solet quibusdam: qui a suis inimicis sunt deuicti dicentes: q̄uis nunc victi sumus alias multos superauimus. Et quo ad veritatem in exultatione melius fuisset eis paruiores omnibus hominibus alio tempore esse: q̄ principaliores. Quoniam aduersarius de victoria nostra preterita ornari excogitat: quam si nunquam consecuti fuissimus minime contra nos gauderet: quippe q̄ aduersarius nil aliud adipiscitur in victoria: q̄ id quod nos amiserimus. Quod si nihil haberemus nusquam aliquid nobis adinere possent. Quoniam plerunq; victis remedium est dicendo: non inueni to tempore vite mee hominem: qui non ageret in me eandē superantiam: qua nūc deuincor.

Partacula super nonnullis proprietatibus: que communiter reperiuntur in hominibus prouinciarum: in quibus fui: aut quorum conuersationem habui. tem austra

De hispania. Cap. lxxxj.

Hispani siquidem mediocritatem inter fortitudinem: & debilitudinem sortiuntur: inter quos pauca circa vires disparitas: & vt plurimum de sanguine: & colera complexionati inueniuntur. Multi tamen de

Primus.

colera: et melancolia principium faciunt: et in quolibet palam ostenditur: de qua complexionione maiorem partem accipiat: nam causa siccitatis patrie expedita ibi nascuntur animalia. Et in hispania potius exercitijs homines dediti sunt: quam aliqua alia natio nobis nota. **C** Frequentant leuitatem cursus saltus: et brachiorum iaculationes: ac de reliquis mediocritatem accipiunt. Personarum vero magnitudo inter mediocrem: et infimam versatur. **C** Sufficiere industriam in palestra possident: et in armis bonam.

C De Portu Gallia: siue Lusitania.

Cap. lxxxij.

C Lusitanienimium in modum arte luctandi exercet: sed tamen grossas versutias habet. Verum cum magnanimitate: et hoc secundum complexionem est eis proprium. Plerique enim ipsorum melancolici: sanguinei: seu sanguinei melancolici. **C** Communiter inter omnes hispaniam videntur libenter ad prelium festinare: sepe tamen inordinate procedunt. Quisque enim absolute per viam suam tendere vult. Sed ad defendendum: siue tutandum arces: pariterque ad debellandum alias nationes precellunt: quia quodammodo vix cedere volunt: si ipsos non violenter acceperint: aut propter ciborum penuriam qui: et nimium offendunt scalando: vel exercendo.

C De Sicilia.

Cap. lxxxij.

C Sicilie homines satis validi sunt viribus: ac palestris: et sufficienter tripudiant: atque salunt: et in complexionione melancolici: et colerici. In armis quoque valent.

C De Italorum dispositione.

Cap. lxxxij.

C Itali inter se non observant equale medium: quoniam plerique eorum debiles sunt: et quidam in particulari nimium fortes in complexionione sanguinei: et phlegmatici: preterquam in appulea: et calabria ubi melancolici sanguinei: vel melancolici colerici reperiuntur: et in tertio sanguis in eis sequitur. In longobardia plerisque phlegmaticos melancolicos inuenimus. Sed vniuersaliter in italia sanguinei phlegmatici: aut phlegmatici sanguinei: et in his complexionibus satis clari: unde ortum habet imitatores esse potiusquam inuatores. Multi eorum satis leues: et in palestra industriosi. De altitudine vero personarum potius ad maiorem: quam ad mediocritatem tendunt: at non nimium duplices: aut muniti sunt nisi in aliquo in quo extant paludes quemadmodum in longobardia ubi magni homines nascuntur. **C** In armis cum discretionem: et obediencia ire solent. Verum tamen raro ad periculosa loca accedunt: nec sunt inimicis molesti: quum parum inuigilent ad irruendum clam in hostes.

C Quis complexionis Galli sint.

Cap. lxxxv.

C Gallie vtriplurimum homines colerici: et phlegmatici nascuntur mediocris stature: et nimie inter ipsos disparitatis. Nonnulli enim ex eis fortes sunt: quaquam non satis agiles communiter tamen: et sere omnes debiles: et pauca dexteritatis. ad pugnas vero capeffendas omnes astricti: et conglobati vadunt: et interimendum hostes: quos capiunt consuetudinem habent. Primo impetu strenui videtur: et victorie assequi sciunt: Dum vero aliquam resistentiam reperiunt cito declinant: et alios aggredi volente iam debent gentes communes preire. Idcirco optime arces expugnant: at tamen ad earum defensio minus valent.

opus est: et in

etiam videri

das mar

C De Britannia.

Cap. lxxxvi.

C Britannie fere omnes melancolici sunt: atque ample stature: non tamen in magnam altitudinem attingunt. Fortes in viribus valde exercent palestram: quaquam grosso modo ipsa vtantur: et minime aiunt se esse victos: Quis cum facie cadant nisi dum tergo in terram prosternantur.

Quanta inuigilantia opus sit illis: qui in varijs regionibus personas suas experiri volunt. Cap. lxxviii.

Quicumq; vult extra propriam patriam vires suas exercere: quamplures contrarietates sibi occurrere repit. Nam quilibet puicia vult complexiones alienigenarum experiri: et quis non semper in simili casu extrinsece infirmitates appareret oino corpora alienigenarum debilitant. quaedam ob eam non sanam esse poterit: neque diu vivere plures: atque assiduas mansiones per diversas regiones inuadendo: et ultra hoc dum in varijs regnis cum pluribus operaturi sumus homines: qui ibi morantur artem nostram cum alijs operando aspiciunt: et nos suam videre nequimus. Si vero omnes in vnam patriam maneremus continuo illud: quod alij de re nostra intelligere possent nos quoque de sua sciremus. Ideoque in huiusmodi locis haud parum trepidandum est: nec minus in vno solo hospicio: quam in vna sola prouincia. **Qui enim in vno regno omnes superat.** Pauci deinde in orbe terrarum inueniuntur: qui ipsum superare possent. Strenui vero ita possunt in vna prouincia parua adinueniri quemadmodum: et in magna. Ita quoque in vna domo: sicut et in ciuitate. Tales enim strenui pauci sunt licet vniuersaliter non erunt in vna prouincia dispositi ita vt in alia: nec equaliter vtuntur in vna prouincia illo quod agere volumus sicut in alia.

Qualiter vt quis recte aliquam artem itelligat oportet quod in ea magister sit. Cap. lxxix.

Nonnulli aiunt se plura vidisse. Et vero auctoritas: quam eis dare debemus conformanda est cum consuetudine: quam hi ad promendam veritatem habent. Neque hoc sufficiens est. opus est enim quod expertus sit in illa arte quam fuerit enarraturus. Namque aliter licet vidisset alios operari non potest omnia sufficienter comprehendere: nec rectam deinde certitudinem de illo explicare. Quod hoc modo patet veluti docendo vnum hominem per quindecim: vel viginti dies. Et denuo iubemus: vt in actu ponat id: quod docuerimus: et sepe econuerso agit: quam sibi ostensum fuit. Quumque in hoc aberretur: quanto magis errare possumus in rebus cito pretereuntibus: et quas antea non viderimus quandoquidem tam cito transeunt quod oculis verum discerni non possit: qui autem in ea facultate magister est in videndo principium maiorem partem totius operis comprehendit.

De illis: qui quandoque vincere: et interdum vinci solent. Cap. lxxx.

Ignominiosum est velle cum preterita victoria remedium vel cooperimentum contra presentem iacturam adducere: tamen hoc sepius accidere solet quibusdam: qui a suis inimicis sunt deuicti dicentes: quis nunc victi sumus alias multos superauimus. Et quo ad veritatem in excusatione melius fuisset eis paruiores omnibus hominibus alio tempore esse: quam principaliores. Quoniam aduersarius de victoria nostra preterita ornari excogitat: quam si nunquam consecuti fuisset minime contra nos gauderet: quippe quod aduersarius nil aliud adipiscitur in victoria: quam id quod nos amiserimus. Quod si nihil haberemus nusquam aliquid nobis adinuenire possent. Quoniam plerumque victis remedium est dicendo: non inueni to tempore vite mee hominem: qui non ageret in me eandem superantiam: qua nunc deuioco.

Particula super nonnullis proprietatibus: que communiter reperiri in hominibus prouinciarum: in quibus fuit: aut quorum conuersationem habentem austram

De hispania. Cap. lxxxii.

Hispani siquidem mediocritatem inter fortitudinem: et debilitudinem sortiantur: inter quos pauci circa vires disparitas: et vtpurimum de sanguine: et colera complexionati inueniuntur. Multi tamen de

Primus.

colera: et melancolia principium faciunt: et in quolibet palam ostenditur: de qua complexionione maiorem partem accipiat: nam causa siccitatis patrie expedita ibi nascuntur animalia. Et in hispania potius exercitijs homines dediti sunt: quam aliqua alia natio nobis nota. **C** Frequentant leuitatem cursus saltus: et brachiorum iaculationes: ac de reliquis mediocritatem accipiunt. Personarum vero magnitudo inter mediocrem: et infirmam versatur. **C** Sufficiēte industriam in palestra possident: et in armis bonam.

C De Portu Gallia: siue Lusitania.

Cap. lxxxij.

Lusitani nimium in modum arte luctandi exercēt: sed tamen grossas versutias habent. Verū tamen cum magnanimitate: et hoc secundum complexionem est eis proprium. Plerique enim ipsorum melancolici: sanguinei: seu sanguinei melancolici. **C** Communiter inter omnes hispani videntur libenter ad prelium festinare: sepe tamen inordinate procedunt. Quisque enim absolute per viam suam tendere vult. Sed ad defendendum: siue tutandum arces: pariterque ad debellandum alias nationes precellunt: quia quodammodo vix cedere volunt: si ipsos non violenter acceperint: aut propter ciborum penuriam qui: et nimium offendunt scalando: vel exercendo.

C De Sicilia.

Cap. lxxxij.

Sicilie homines satis validi sunt viribus: ac palestris: et sufficienter tripudiant: atque saluunt: et in complexionione melancolici: et colerici. In armis quoque valent.

C De Italorum dispositione.

Cap. lxxxij.

Itali inter senon obseruant equale medium: quoniam plerique eorum debiles sunt: et quidam in partem lati nimium fortes in complexionione sanguinei: et phlegmatici: preterquam in appulea: et calabria vbi melancolici sanguinei: vel melancolici colerici reperiuntur: et in tertio sanguis in eis sequitur. In longobardia plerisque phlegmaticos melancolicos inuenimus. Sed vniuersaliter in italia sanguinei phlegmatici: aut phlegmatici sanguinei: et in his complexionibus satis clari: vnde ortum habet imitatores esse potiusquam inuatores. Multi eorum satis leues: et in palestra industriosi. De altitudine vero personarum potius ad maioritatem: quam ad mediocritatem tendunt: at non nimium duplices: aut muniti sunt nisi in aliquo in quo extant paludes quemadmodum in longobardia vbi magni homines nascuntur. **C** In armis cum discretionē: et obdientia ire solent. Verum tamen raro ad periculosa loca accedunt: nec sunt inimicis molesti: quum partem inuigilent ad irruendum clam in hostes.

C Quis complexionis Galli sint.

Cap. lxxxv.

Gallie vtriplurimum homines colerici: et phlegmatici nascuntur mediocris stature: et nimie inter ipsos disparitatis. Nonnulli enim ex eis fortes sunt: quaquam non satis agiles communiter tamen: et sere omnes debiles: et pauca dexteritatis. ad pugnas vero capessendas omnes astricti: et conglobati vadunt: et interimendum hostes: quos capiunt consuetudinem habent. Primo impetu strenui videntur: et victoribus assequi sciunt: dum vero aliquam resistantiam reperiunt cito dedinant: et alios aggredi volente. **C** Interimunt gentes communes preire. **C** Circo optime arces expugnant: at tamen ad earum defensum non minus valent.

C De Britannia.

Cap. lxxxvi.

Britannie sere omnes melancolici sunt: atque ample stature: non tamen in magnam altitudinem attingunt. Fortes in viribus valde exercent palestram: quaquam grosso modo ipsa vrantur: et minime aiunt se esse victos: quis cum facie cadant nisi dum tergo in terram prosternantur.

De anglia.

Cap. lxxxvij.

Angli in statura magisq̄ mediocres sunt: et in complexionē melancolici colerici: aut colerici melancolici: robusti: ac fortes: et palestram exercent. Ad compellendam vero arcu sagittam experti: et ad prelia validi: qui cum boemis satis utiq; assimilantur.

De Germania: et flandria.

Cap. lxxxviii.

Germanie: et flandrie ferme omnes phlegmatici sunt: et deinde in maiori parte colera sequitur. Sūt etiā magne stature: pauci vero fortes multoq; minus leues: nec iaculari sciunt: preter aliquā rem grossam vitote saxum: et similia: qui et assidue mechanicas artes insectantur. Sens utiq; superba: ac bello valida.

De Hungaria.

Cap. lxxxviiii.

Hungarie bone stature homines nascuntur satis bene proportionati: siue formati: vel comprehensi colerici: melancolici: fortis complexionis: parum exercitijs dediti: preterq̄ ad palestram: ad quam quodam modo quadrupes vadunt: videlicet pedibus: ac manibus: et duz possunt per tibias apprehendunt sicut et in alijs suis conuicinis prouincijs. **Bello** validi sunt: et cum pauca sensatione frigido: et calido resistūt. Non sunt veloces: neq; industriosi: sed firmiter alios expectant.

De Boemia.

Cap. c.

Boemi fere de colera: et phlegmate sortiti: et plus in eis colera viget: q̄ hungaris. Sunt autē fortissimi: et magne altitudinis: atq; ossiū: et neruorū. **Palestrā** quoq; valde frequentāt. **Ipsi** etiā lucrādo pedibus: ac manibus sup terra obrepunt. In armis vero cōformes hūgaris vident: sed nō adeo exercitati in tēporibus nostris. Hi vero boemi: et postmodū britones cōiter sunt fortiores: q̄ hactenus viderim.

De Polonia: Tartaria: et Ruscia.

Cap. ci.

Polonie: Tartarie: et Ruscie: alijsq; prouincijs circumstantibus in complexionē melancolici colerici sunt: Sufficientes vires habent: et parā corporeas dispositiones exercent: preterq̄ in lucrando: ac iaciēdo lapidē grossuz: et itidē in oibus illis regionib⁹ agūt. **Ad** pugnā vero capeffendā forti aio pergūt.

De Grecia.

Cap. cij.

Greci mediocris stature sunt: et aliquanto magis compressi: q̄ hyspani: tamen in viribus: et complexionibus conformentur: sed quia perfectam coleram habent in ambabus his prouincijs multi in mento res reperti sunt: q̄uis post coleram in hyspanis sanguis sequi soleat. **Grecis** vero in secundo melacolia arcum tendunt: et aliquantulo palestram exercent: qui etiam per tibias manibus capiunt: veluti in hungaria: et germania: quod in multis alijs regnis prohibitum est.

De Asia.

Cap. cij.

In regionibus asie qui in septentrionali plaga situantur fortes sunt sed inherendo ad partem australem minores vires continent.

De Aethiopia.

Cap. ciiij.

In aethiopia ppe littoza maris mediterranei asturia callent: et bello p̄opti p̄cipue in leui cōflictu: siue

excursionibus: atq; aggressionibus. Hi vero aphyzi veluti itali: et hispani paucas crudelitatem in hostibus ostendunt: postquam ipsos capere possunt. Et in parte aphyzice supra occidentem quedam paludose provincie sunt: in quibus homines magni: ac male colligati nutriuntur.

De Francia: Anglia: Germania: et Hungaria.

Cap. cv.

In gallia: anglia: germania: et hungaria: atq; quibuslibet alijs partibus septentrionalibus crudeles homines degunt. Quocirca rarissime vite hostium parcunt: dum modo ipsos interimere queant: et ob hanc causam dicitur plerosq; eorum inebriari dum bello congregari volunt: ut minus mortem siue dolorem in moriendo: et occidendo sentiant.

Quis dispositionis sint homines in frigidis regionibus.

Cap. cvi.

Homines qui in patrijs frigidis nascuntur fortes esse solent: parum tamen doctrine dediti: quandoquidem facillime possunt cibi absq; impedimento: seu infirmitatis periculo vesci. Ibi quoq; complexio sepe inter coleram: et melancoliam consistit: et ut fruantur sanitate parum student.

De dispositione hominum: qui in calidis provincijs habitant.

Cap. cvij.

In calidis provincijs homines debiles educantur: et sanguinee complexionis sunt: atq; eorum pluri mi sapientes: sed nequeunt valde fortes esse. Non enim possunt multum cibi assumere: nec digerere: quippe quod propter calorem non potest ciborum copia assumi: et sanitas conseruari. Ideo quibus habitatores in locis calidis nullam necessitatem haberent: nisi ob causam fugiendi infirmitates hoc satis est eis ad indagandam doctrinam.

In qua puincia melius se inueniat homines ad proprietatem suam complexionum. Cap. cvij.

Ut sciamus melius salutem corporum competere preparare: natura nos edocet ponere omnes res in alijs sibi simili bus: ut diutius durare queant. Quapropter nobis competit in locis: quae sint nostrae complexionibus conformia habitare.

Sanguinei in patria calida sicca: et sterili habitare debent: potius ad planities: quam ad altitudinem redere.

Colerici mansionem sublimem expetunt: in qua subtilis aer vigeat.

Melancolici terram grossam: et siccam inter unum locum: et montuosum.

Phlegmatici in patria infima morari appetunt: quae sit parumper humida: seu paludosa: atq; in pedemotio. In locis vero collinosis homines fortiores: quam alibi reperiuntur.

Quoniam modo homines in cibo: et exercitijs gubernari debeant.

Cap. cvij.

Quo facilius possimus pudorem: ac iacturam effugere: decet in primis personas nostras temperare priusquam populo actus nostros propalemus: licet inter veloces: ac tardos differentia consistat. Nihilominus omnes necessitatem habemus: et coacti sumus uti per aliquot dies artibus antequam perfectam de eis noticiam demus: et velle coram populo operari: si prius non recte intellexerimus: manifestam dementiam esse dicimus. At in rebus materialibus: siue grossis: sicut in pondere extollendo non nimia temperantia opus est: et in similibus laborantes possunt plures cibos assumere. Sed in luctando: et proyiciendo in quo etiam vires maxime expetunt: advertendum est quod temperati maneamus: quibus ad magnas vires acquirendas magna ciborum quantitas: ac de bonis expetatur. Sed per aliquot dies antequam in examen deveniatur: praesertim in palestra sobrietas maxima observanda est: et quanto minus bibimus maior utilitas emanat: praecipue in quinque partibus principalioribus hoc est in sanitate: viribus: anhelitu: levitate: et tollerantia. Tota levitas paucos cibos: atq; ascitios expetit: et quodcumque exercitium: querit quod personas nostras disponamus in locis ita asperimus quod deinde ad principale punctum deveniendo paucos

nobis labor videatur. Quocirca duz per centum passus currere debemus per planum: et in camisia per aliquos dies ante in montibus: aut accliuibus locis currendum est: et quod vestes: aut alias res ponderosas supra nos portemus: et ad salendum per duos: aut tres saltus sicuti in consuetudine est priusq̄ ad examē deueniamus: competit quod habituati simus ad salendum absq̄ intervallo per loca asperrima decem: vel duodecim. Et sursum saltare leuitatem prebet: et deorsum docet extendere personas: ac super tibias conseruari. ¶ In modo girandi postq̄ giros scimus oportet nos in equo: vel aliquo loco sublimi disponere. Dum enim postremo ad mediocrem altitudinem deuenitur ascensus facilis est: ita quod dumtaxat ad girandum vacare potest: quoniam ad maximos giros peragendos: oportet quod equus super quo saltaturi sumus mediocris sit: vel ad paruitudinem tendēs. Namq̄ aliter difficile esset nimium adiscere. Nihilominus sepe dum adiscimus in equo magno experiri debemus: et plures vestes deponat: eo quod ipsas dimittendo: et ad equum infimum deueniendo videtur membra fere euolare posse. Brachia sunt exercenda intelligas quod corpora super brachijs onerentur ambulando cum ipsis brachijs super aliquo scanno: quantum possumus: et sic deinde possunt corpori resistere dum per girum transit. Maxime quod dum ad voltam cum dimidia simul ire volumus necesse est nos bene firmare supra manus: et brachia: vt possumus nonnam vni in dimidio rotationis adducere. Namq̄ aliter nullus est adeo leuis: qui possit vltra vnam voltam integram in vno solo ictu transire. ¶ Arma siquidem reuoluenda siue operanda sunt continuo alia longe granioza illis que in certamine operari debemus. Hoc autem haud secus: q̄ de armis offensibilibus: et de sensibilibus intelligitur: pedester: atq̄ equester: et ad luctandum per patus cum viris fortissimis experendum est premittendo vt per omnes partes nos accipiant causa quod a terra subleuari queant: et vndelibet deduci: vt melius in necessitatibus medium prebeamus. ¶ Similiter debemus debiliores aduerfiorum partes inquirere: et nostras cum eis adiungere.

¶ Petri Montij Collectaneorum liber secundus.

¶ Prologus.

¶ Hactenus quandam vniuersalem regulam exercitijs competentem pertractauimus: similiter: et aliquam particulam de complexionum cognitione: ac de regula deducendi secretum vnius exercitij ad aliorum remedium: et cognitionem. ¶ Venuo in hac secunda parte aliam breuiorem recollectam faciemus: in qua particulariter de vnoquoq̄ telo alijsq̄ quampluribus exercitijs pertractabitur: tamen si oporteret: quod si quispiam huic libello studere veller saltem aliquod principium habeat de via: quam alias diffusius scripsimus. Quandoquidem aliter difficillimum est: quod ab aliquo intelligatur: quum hic omnia breuia sint.

¶ Documentum: aut modus gubernandi nosipso.

Cap. i.

¶ Quum non sufficiat solum membra exercere dum inter alios probi esse volumus si ab arte operandi iuuantur non assumimus decet assidue studere ijs: que ad roborationem: seu aptitudinem corporum spectant: Primum quidem quod perimus obseruatio propria est. Deinceps eundem est ad iuandum: vel offendēdū alijs: iccirco si exercitia dara siue expedita agere debemus etiam opus est quod membra nostra dum operantur expedita maneant: licet in modo adaptandi membra ad opus: ego ab antiquis: et modernis discrepem. Alij enim rigidis conatibus se se inmittunt dum ad aliquem actū deuenire volunt

Secundus.

corpora inclinant: & vndiq; contorquent. Ego autem erecte cum leuitate absq; rigore dico certari oportere: Nam si aliquam magnam vim imittere debemus comperit super nos ipsos manere cum leuitate: & exolutione pedum: atque manuum nempe quod aliter vires: & leuitatem amittimus: sine quibus parum operari possumus. Homines enim in acibus validi omnes iuxta suarum personarum quantitatem corpora habent disciolta: extensa: ac sine rigore compacta. Et qui corpus suum declinat tibias nimium aperit: cunctaq; membra reuertet monstruosus quodammodo vocandus est: quod vtiq; manifestus error. Nullus enim homo habes membra a natiuitate valere pot eo modo: quo isti in exercitijs corporum ponuntur. Quapropter suaves: & exoluti ambulare debemus: vires in pectore nostro recolligendo: & quod parum vnus pes ab altero deuietur: vt facile ire: ac redire possimus quocunq; voluerimus. Corpus autem semper iturum est super pedes nusquam vero declinaturum. Quamobrem necesse est pedes continuo corpus sectari in locum: ad quem pariter declinant: quia aliter quelibet minima aduersitas nos ad ruinam protraheret: hoc autem in cunctis membrorum exercitijs intelligendum est. **P**ictores quoq; veteres: ac moderni sepissime hunc comunem errorem sectantur. Optimam enim figuram effingere censent: vario tamen modo: ac monstruoso: Quod si isti cum ratione suis viribus poriri scirent aliter depingerent. **I**n alio loco diximus conuenire quod magister actus suos superet: non autem quod ab ipsis superetur: hoc est quod quomodo operamur: aspicientibus videatur: quod nullum laborem sentimus in agendo id: quod volumus. Et qui rigidus: aut valde anxius in operando ostenditur nondum magister vocandus est eo: quod ab ipsa arte subiungatur: & a natura id: quod superat dignius illo: quod superatur. **R**urfus de principio reiterando membra: que rigida: roztuosa: nimium musculosa: quodammodo monstruosa sunt: inimica intellectui reperiuntur: & vbi suauitas intellectiois non datur nunquam opus maximum: & laude dignum resultat ita q; membra expedita: & tamen suauia esse debent non nodosa: nec collinosa. Sed quod videatur fere tanquam a natura sine labore extensiones: atq; diuisiones esse innatas: & hec sunt vera corpora: licet in comuni errore pictores: qui musculosa corpora depingunt comendantur. Attamen quid agant: vel dicant nesciunt. Conceditur quod animalia in hoc collinoso modo sortita vno impetu fortissima sint: aut ad minus videantur eo quod dura: ac distemperata. Nihilominus ab eorum viribus paruus effectus oriri potest: quandoquidem ad maximum effectum maxima est habenda habilitas in extenso modo operandi. **V**ires autem membrorum: de quibus principaliter in hoc libello tractamus non sunt propterea frequentande: ac si officia essent: ex quibus vita esset nobis suppeditanda nisi quod ipsas interdum exercere: atq; experiri debemus: vt sciamus: ne ve obliuioni dentur.

Quante excellentie palestra sit inter alia exercitia.

Cap. ij.

Tibi de corporalibus exercitijs tractavi ceteris palestra preposui. nam quis in se nullam aliam excellentiam nancisceretur: nisi quod corpora nostra fortiora reddit: & in maius robur redigit in cuiusq; actus temperantia membrorum aptitudinibus comperente: statui in primis de modo luctandi exponere: vt possumus ipsam artem tanquam magistram conseruare. Nulla enim alia industria proyiciendi de leuitate: aut ludo armorum siue equitatio docet ponere membra temperata: ac super seipsis ita vt i palestra sit: ac semper scire responsum dare vbi necessitas occurrit.

Quo pacto ad palestram ingressuri: & ambulaturi simus.

Cap. iij.

In initio luctandi lento passu: ac breui intrare oportet: & q; puncte pedum parumper foras tendant scilicet sinistra ad sinistram: & dextera ad dexteram: & tota persona super seipsam pergat hoc e recta linea assidue super pedes ambulare. Nam dum aliquantulo thorax ad aliquam partem declinat si pedes fixi manent tota persona per terram dilabitur. Quare opus est quod incessanter pedes occurrant ponentes se sub thorace per rectam lineam. Sed nonnunquam in ingressione tibie debent caput precedere: quoniam eo tempore periculum est de incontro: seu obuiatione: Et hic ponendus est tomus: vel saccaligna: atq; desuui: hec enim tuta strategemata sunt: & cum paruis apprehensionibus fieri possunt: Nam mediana: siue circū

data: et discunata tollens pernam onerata: et similia potius sunt periculosa: et apprehensiones valde con-
 iunctas exposculant. Si autem a terra nos subleuare volunt debemus ipsum ad anteriorem partem ad-
 ducere: et procurare: vt a nobis subleuet: et magis tuti esse possumus si manus nostras ante alium: vel vni-
 bilicum suum apponimus simul cum manibus firmandum est caput: et quotiescumq; offendimus: aut re-
 paramus decet nos exolutos esse: ac veloces: et forti animo operari omnem vim ad vltimam dirutionem
 inmitendo: est autem effugienda pars in quam alius versuriam vel armaturam vult ponere: et assequen-
 da volutio ad quam alius corpus suum declinat: ac leues apprehensiones fiende: et quiete ambulandum.
 Dum autem offendere voluerimus: aut cum celeritate tutari corpora nostra reuiri debent: frequenter ta-
 men apprehensiones mouendo perutile inuenitur querendo vbi alij membrorum debilitatem: et paucam
 doctrinam possident. ¶ In vastatione cuiuscumq; tomi alterum ponere debemus: aut vero saccalignam:
 et aduersus deuiationem latus alterius capiendum est. Et si cergum: vel onerationem tunc retrogredi
 oportet: et si nos hoc ponimus tibiam aduersantis cum nostra subleuando quanto poterimus supra sca-
 pulas: vel aliud latus eoluere debemus. Et etiam hec lata siue tollens tibiam dum tergum alterius ac-
 cipimus optima est: quando a terra ipsum subleuamus. hoc autem fieri potest dum alius apponit pernam
 suam per exteriores partes post nostram sursum extollendo: tunc enim cito in terram cum facie cadit: et
 huiusmodi eleuatio a terra maximis viris appropriatur. Si autem nos tollere volunt persequendo ip-
 sos saccaligna est immittenda: interdum vero toxus. Tollens pernam cito fienda est quemadmodum
 alia: quoniam si pes aduersantis in altum subleuari incipit non est locus deuian- di hoc strategema. ¶ In circo
 dum ponitur in eius deuastatione cum puncta pedis nostri: qui liber remanet capiendus est per antero-
 rem partem pedis alterius in terra sistentis: et hoc modo hostis vim suam applicare nequit. Verum ta-
 men contra tollentem pernam semper salubrius est corpora nostra festinatim declinare retro ipsum attra-
 bendo: et manus nostras in lumbis eius imponendo. Et aduersarius ad partem anteriorem vadat: et fere
 isto modo agendum est tunc: quum in brachio bipartito: vel diuiso sumus: similiter optimum est contra di-
 sclunatam: et britonam quod dum nobis ponuntur retrocedamus. Hec autem discunata: siue britona ab
 ista apprehensione valde prodesse solet contra retrocuratam.

De illo quod demum in palestra est obseruandum.

Cap. iij.

¶ Postremum: aut id: quod in palestra firmiter tenendum est dicimus: Et accipiendo ab agaga-
 the diploidis: et ponendo toxum saccalignam: et deuiationem. ¶ Et in ludo brachij diuisi ponendus est
 toxus: vel obuiatio ea parte qua facies manet: et saccaligna ad eundem pedem. ¶ Et de singulis brachijs
 applicanda est obuiatio pedi remotiori. Saccaligna vero proprio. ¶ Quod si latus nostrum apprehen-
 ditur decet circumdatam discunatam: et saccalignam immittere. Et dum a tergo apprehendimur capien-
 da sunt brachia impugnatis: et anterius attrahenda saccalignam in quocumq; pede: aut discunatam po-
 nendo. ¶ Et contra illos: qui per tibias apprehendunt armaturi sumus cum eadem tibia: quam nobis
 apprehendunt. ¶ Et si procul manemus obuiatio utilis est. Sed dum nimium coniuncti mediana debet:
 aut discunata: vel saccaligna fieri: et in ludo brachij equaliter diuisi: siue communis saccaligna appropriatur.
 Tum etiam perutile esse dicimus quod eodem tempore: quo alius ad crura nostra vadit nos manibus cru-
 ra eius apprehendamus: et cum obuiatione euadamus eo quod hoc modo nequeunt nos a terra subleua-
 re: et quum tibia nostra apprehenditur: bona est saccaligna: et medius in hoc per forcaturam: vel dimidium
 tibiarum manibus nostris accipere: tunc enim extolli nequimus.

Utilis astutia in palestra.

Cap. v.

Quotiescumque cum aliquo reperimur: qui se defendit: et in arte lucri valet si fortasse debilis est pro curandum est: ut brachia nostra sub brachijs eius ponamus ad hoc quod per eius lumbos apprehendere possimus: quod ab hispanis tomar el cuerpo dicitur. Hic autem applicanda est obuiatio: vel saccaligna: aut quod reuoluamur: ut suum latus: aut tergum capiamus: et eodem tempore tota vis est imittenda in vltima extremitate: vel diruptione: pariter aduertendum est quod dum alius se defendit si debilior nobis erit ad aliquem parietem ipsum reducamus eo quod ibi secum coniungamur. **R**egula tanquam vniuersalis habenda est: quod dum hostis moueri incipit ad armandum: siue ad insidiandum nobis: vel quod aliquem ictum iacit eodem instanti debemus tangere: vel parumper retrocedere: donec ictus eius transferit: aut in declinationem iuerit: et ictus nostri operandi sunt iuxta alterius declinationem. Nullo enim tempore homo tam deordinatus reperitur: quam dum aliquid incipere vult: vel ad finierdum vadit. quocirca is: qui sapiens est in vno istorum temporum debet aduersario offendere. **S**i disclunata alta ponitur: et magnum gyrum super se faciet laboriosum erit illi ad quem ponitur: cui tamen in remedium bonum est: quod deflectatur: et retrogrediens inclinetur. Sed melius quod se erectum tradat totis viribus ex terra alium subleuando: et hoc adiuuat contra disclunatam medianam: et saccalignam. **D**e hac apprehensione multo melius est illi: qui magnus erit: quod det latus suum: vel alterius latus capiat: quam quod oporteat quod qui manet cum brachijs super humeris alterius: seipsum deflectat in pugnantem deprimendo: et qui inferius: aut per latus apprehendit se erigat. **I**n disclunata destructionem quoddam antegenui cuius sura nostra ponitur: hoc est pes: qui in nobis liber est ante genu: aut musculum pedis alterius in terra firmari fere in modum: quo saccaligna iacitur equipartitis brachijs manendo: tamen si in hoc antegenu pes posterioris partis in anteriorem vadat. Hoc strategema forsitan nouiter repertum est. **S**i vnus disclunata tam vigorose imittit: et alter parimodo antegenu: magnum est periculum dirumpendi tibiam illi: qui disclunatam posuerit subius nullo modo flecti potest: qui hoc egerit contra medianam quoque: et saccalignam insistit: licet aduersus disclunatam sua sit perfectio. **P**reterea quia leuedunium in buca siue circa genu positum est horribile: presertim si est fortis: et magne stature: qui ponit ipsum potius fugiendo resistere possumus: quam destruendo cum pedibus strategema ipsum: et ad hoc tutius quod fieri potest: est quod tibia nostra: in qua alius armare: vel offendere vult cum diligentia maxima retrocedamus fere circum circa ad tergum nostrum: et quod alia coxa vadat ante fere per dimidium tibiaram alterius: et in hoc modo non potest poni leuedunium: siue disclunata: et quauis poneretur: nil operatur. **P**reterea dum ad brachium diuisum sumus: quod lingua hispana ad brazum partitum dicitur: si alter: aut qui nobiscum luctatur declinatur nimis atque fugit: cum pedibus sepe numero bonum est cum brachijs nostris ipsum subleuare atque sustinere: et in eo instanti cum festinatione est assumendum cum brachio nostro qui manet superius de collo: aut scapulas alterius ponendo leuedunium: seu descaderatam vulgariter dicam: sed oportet cum animo deliberato incipere mediare: atque finire: et ad hoc oportet quod caput nostrum nimium ad partem anteriorem declinetur: tamen cum volta maxima super latus cum tali imaginatione: quod nos ipsos prosternemus: aut aduersarium: tamen quod ipse aduersarius nil mali in eo tunc contra nos operari possit. Et hoc strategema optimum est: sed animum deliberatum exposcit: veluti faciunt omnes industrie super descaderata vadunt cum volta de quaunque parte quod brachia capiant britanni similibus nimium vtuntur: et vt bene hec fiant oportet quod nimium latus nostrum ad partem tergois cum aduersante coniungamus. **T**utella: seu preparatio contra similes reuolutiones intelligas veluti nesciam disclunatam oneratam: seu onus: tolleperna semper festinanter sunt ponenda brachia nostra super lumbos: seu latera alterius fere in ea parte per quam cingimur: et brachia quantum possunt dura: atque porrecta in eo tunc manere debent: et tibie: atque totum corpus omnia in eodem tempore retrocedere et sic nullum locum aduersanti prebimus ad similia operanda: licet quod hic modus ponendi brachia nimium contra omnes industrias in palestra valet: presertim contra morem britanicum: et lusitanicum.

Et aduertendum est: quod tolleperna in pluribus locis applicari potest: tum in euadendo alios: tum

vero in preparando contra magnas: seu itategemata aduersantis: quoniam non tantum tolleperna tutat nos ab aduersitate per competitorem adducta: sed imo est ad sternendum ipsius. **T**eluti semper quod alter apponit nestiam: quauis voluat corpus admodum onerate: aut quod ponat transcomatam: que fit per partem exteriorem tibie nostre expellendo nos: vt retro cadamus: vnde in eodem puncto festinatim deliberato animo est reuoluendum tergum nostrum in quantum possumus ad pectus alterius tollendo si altum: quo ad vires tibiam nostram quam ab aduersario apprehensa est: et quod cum volta veniamus taliter quod alius venit ad cadendum super tergum. **T**erutamem quis nestiam applicat pariter seipsus declinare: et reuoluere debet super partem suam: et in hoc modo saluari possit. **T**Dum ad brachiu equa liter diuisum: seu ad comunem apprehensionem deuenitur: et ponimus saccalignam: vt alius super tergum cadat: et etiam ipse ad partem posteriori nostram in quantum possit expellit nos statim: seu absq; inter uallo temporis in tollepernam reuertendum est: declinando corpus in quantum possumus cum volta magna ad partem nostram et in hoc modo de facili aduersarius cader: et si ipse similem tollepernam contra nos applicat: oportet extemplo cum tota vi nostra nos ipsos super genua declinare ponendo manus super lumbos: vel naticas alterius expellendo ipsum: vt super faciem suam ad partem anteriorem vadat: que industria sola a tolleperna super omnes alias tutat nos: licet quod aliquod aliud remedium fieri potest: vt supra saltare cum ea tibia nostra que apprehensa est: licet qd ista parum prodest: na raro fieri possit antepes cum eodem pede nostro: qui tollebatur contra tollepernam nimium valet si cum tempore debito fit. tempus debitum in hoc loco est quod incipiendo ad subleuandum: vel volendo subleuare tibiam nostram ea demet apponamus ante spinam tibie sue: et ita ille cadit super faciem: aut saltem nos nullatenus cadere possumus dum pedem nostrum in eo loco applicamus: que industria: siue reparum in eodem modo fit: vt contra disclunatam agere solemus: vt recte destruat: licet quod tunc apponitur pes: vel tibia super genu alterius vel coxam: et in reparando contra tollepernam non ita altum applicamus pedem nostrum: sed tantum super spinam. **T**Saccaligna autem dum ad commune brachium quod abrazo partito Hispani dicunt manemus que fit ad pedem manentem super eam partem vbi est alterius facies etiam est reparanda: vel soluenda in hoc modo vt de tolleperna vel anca in vulgari denominata iam explicauimus: hoc est in primis statim dimittere apprehensionem factam cum manu nostra manente super alterum latus: i quo apponunt nobis saccalignam videlicet si applicant illam in pede sinistro est dimittenda apprehensio cum manu dextera facta: et sic econuerso: et in eodem instanti oportet retrorabere illud latus: quod erat vbi apprehensiones amittimus: et quod ambe manus nostre super lumbos: vel naticas alterius apponantur: hoc est super clunem in latere expellendo ipsum: vt super faciem suam vadat: et ante pedem apponamus cum eodem pede super quem aduersarius saccalignam ponit. **T**Modus apponendi manus super clunem alterius: et declinandi totam personam nostram super genua retrocedendo in quantum possumus in defensione contra tollepernam in eo modo fit: quod agimus quando oneratam fugere volumus. **T**Et aduertat quia tolleperna maximum exposcit animum: vt recte fiat: tandem posita vt debetur nimium valere solet: et contra plures offensiones nos defendit. **T**Contra rodellolam in lingua hispana dictam aut genocholam in vulgari italo: etiam optima est tolleperna. **T**Rodellola: aut genochola taliter fit: quod genu nostrum apponitur circa buccam perne alterius non retro omnino: nisi ad latus manente pede nostro in terra onerando cum tota persona in quantum valemus: vt alter super illud latus cadat. **T**Et si contra nos hec rodellola nuncupata applicatur festinatim in tolleperna ingrediendum est cum volta maxima super alterum latus nostrum declinando caput quantum possumus tollendo pernam nostram simul cum perna alterius: et hoc fit cum quacunque perna vbi ponunt nobis genulolam: **T**Etiam tolleperna versus retro pedem valet: quoniam dum ipsum apponunt nobis: si extollimus pernam recolligendo pedem alterius cum conditionibus iam dictis ipsum ad terram deducimus. **T**Deniq; dum nos ipsos tantum tutari volumus erecti ambulando: vt non videamur aduersarium timere sufficit contra omnia itategemata brachijs nostris vti: veluti textores relax pedibus vtunt: hoc e qz qm vn^o pes pmit ali^o cōcedit. **T**Et ita brachia nra agere debet dū apphēsi ante pect^o: aut aliu alterius lunc vel circa agatē: licet qd hoc recte fieri nō pōt: si nudi luctat: qm tūc apprehēsiōes facilliter affugiūt. verūtū dū induci palefrite sunt qz ipsorum vult erectus ambulare sup tibias semp hoc est qd nunquā caput aut pectus precedat ad partes anteriore

Secundus.

genua: nequidem genua punctas pedum: seu digitos: et quod genua ipsa: atque natice aliquantulum per di-
rectum declinentur: si forte declinare volunt habendo brachia assidue super duriciem obuiando semper al-
teri super illam partem: ubi ipsemet oneratur: aut firmari vult expellendo ipsum: ut ad partem postero-
rem vadat: et ad hoc agendum: quando cum vno brachio: quando cum alio attendendum est: tamen quod
cedat brachium nostrum ubi aduersarius nos deducere vult: et quod alterum brachium expellat competi-
tozem ipsum. ¶ In offensa: et defensa versus transbucata[m] optimū est trahere tibiam nostram tollendo
ipsam in quantum possumus: vt pes in altum veniat onerando quo ad posse personam nostram super pe-
ctus alterius: vt versus tergum suum ruat: aut si volumus in eo tunc subleuata tibia possumus reuerti in
tollepernam girando corpus nostrum.

¶ Alterius quia nonnulli maximam habent affectionem in hac tolleperna: et ubi maxima affectio ita
opus multiplicatur: aliqua vniuersalis atque tuta defensio aperienda est. In primis siquidem qui hoc tra-
ctagemata cum sufficientia apponunt quo ad vires procurant cum manu sua dextra super pectus nostrum
apprehendere diploidem taliter quod manus ipsorum attingit circa ortum brachij dexteri alterius et cuius
sinistra capiunt circa cubitum illius brachij dexteri aduersantis. Et tibiam dexteram etiam mittunt an-
teponendo seipsum super latus: deinceps autem tollepernam vel anchiam applicant aliam quantum pos-
sunt vsque ad inguina quantum possunt declinant caput se voluendo super latus sinistrum. ¶ Contra hoc
nulla defensio tutior quam in principio si alter ponit brachium dextrum iuxta dextrum nostrum quod
nos quoque similiter faciamus dextrum super dextrum suum: sinistram manum fixam atque rigidam su-
per latus dextrum alterius circa circuram ipsius: et quod pedem sinistrum nostrum in quo ipse nocere
vult retrocedamus: tamen oportet erectos ambulare: et dum ipse applicat hanc industriam declinando to-
tam personam nostram decet ipsum ad partem anteriorem expellere quod facile est: si volumus brachia
nostra rigida tenere quoniam in eo tunc penes potest attingere cum pede ad tibiam nostram: facile quoque
possumus soluere tibiam ponere ipsam super partem anteriorem mittendo tozum in pede alterius qui in
terra fixus manebat. Et alter cum brachio sinistro apprehendit etiam nos cum sinistro secundum
condiciones iam de brachio dextro positas apprehendere debemus. ¶ Aduertas etiam quia dum con-
tra hoc tractagemata pugnatur bonum est batānos et fere omnes alios homines palestram exercentes in
duriciem imitare: tamen cum brachijs tantum: non enim cum thoracibus: et multominus cum pedibus:
nam ipsi vix audent subleuare pedes a terra et quo ad posse firmant ipsos in ea: nos vero aliter agendum
esse asserimus. Nam in illo modo ambulando paruum habent desolutionem membrorum seu apertudi-
nem. Unde fit quia decertando armis parum vel nihil prodest eis palestritas esse: saltem si arma leuia
sunt vel pauca arma defensibilia adducunt si optime atque grauiter in aluo armati sunt omnino possunt
presertim ad non cadendum de hoc modo luctandi se preualere: tamen melius est vt hic illic cum armis et
sine illis nos de palestra valere possumus quod leuiter et solute cum pedibus ambulemus. ¶ Amplius ve-
luti superius expositum est tolleperna contra plura tractagemata medum prestat: presertim contra transbu-
catam et genucolam: quia quauis fere iam ad terram declinando attingamus si modo nos ipsos declina-
mus et voluimus nimium eodem tunc ingrediendo in tollepernam facillime remediamus contra genuco-
lam. ¶ Et quando applicatur ad pedem ad quem tozum erat mittendus: sugere pedem nostrum bo-
num est: cum altero vero ingredi in saccalignam ad pedem aduersarij quem ipse procul dimittit: aut in
quo tozum ponendus esset. ¶ Hac genucola sepe numero vtinur ad brachium diuisum seu comune: pre-
sertim si homines armati sunt.

¶ Ubi faciende sint apprehensiones in palestra: et quod aduersario non debemus terga ver-
tere: nequidem nos tanto quod possumus prosternari sinere. Cap. vi.

¶ De numero prosternationum: quo luctandum sit: et qua conditione: aut quo loco non sint apprehen-
siones admittende iam in alio volumine de cognitiōe hoim tractates i longū scripsim⁹ assignado quod ex eo
quod cito aliquis fortuitus casus irruere pot: bis luctadu[m] est et ex supiori forzatura accipiendu[m]: quod enim exinde

deorsum apprehendit valde declinat: quod esset alicuius magni detrimenti initium pliendo armis per seipsum: quibus hoc non tanto detrimento sit. quanto esset palestra britannorum: et quod aliorum: qui eos imitari solent. Nam quando armare volunt plures vertunt terga adversario: et sursum armant taliter quod per seipsum sepe cadunt. Et quamvis non cadant: qui eos ex spatulis: aut a latere apprehendit facile ipsos laedere potest: Ideo quod ad similitudinem plectendi armis homo semper ire debet versa facie in hostem. Unde oculi attentis esse debent ad manum: qua alius fert telum. Et si hostem prosternari possumus cavendum est ne revoluti secum cadamus: quoniam in britonia tam revoluti cadunt quod ferme unus potest ratum de relo adiuvant: quantum et alius: neuter tamen bene in eo quod britannorum palestra non potest proprie palestra. Sed revolutio ex abrupta vocari maxime: quod nullam in membris doctrinam ponit ad faciendum alia diversis exercitia: Quod multo aliter extat in palestra: qua super se: atque communiter facie ad faciem itur.

Quomodo est luctandum cum stafilibus: aut corrigijs.

Cap. vij.

Præterea diligenter animadvertendum est: dum cum stafilibus: seu corrigijs luctatur: quod magna sit disparitas inter homines magne stature: et parve: et inter grossos: et subriles. nam qui per lumbos nimium muniti sunt: in eo loco magnam habent vim: et sic facilius tollerant laborem quam alij per circumferentiam seu lumbos graciles: et quia cum in hoc modo luctatur: alter alteri concedit apprehensiones prius quam ponat vim: et in his apprehensionibus adequantur in altitudine: qui altior eorum est dum postmodum erigitur extollit a terra minorem absque labore tantum: quantum est maior. Et hic magni: qui experti sunt quadam industria uti solent: que industria talis est. Aperiunt tibias nimium in qua apertura declinantur per unam manum: aut magis si volunt: et tamen videntur directi manere: sed cum postmodum appropinquat pedem ad pedem crescunt: et subleuant parvulum: unde nullatenus de ratione in hoc modo apprehensiones fieri debent: dato quod sit pactum cum zonis luctari: sed postquam corrigie cincte sunt unusquisque debet capere ipsam si potest: eo quod magnus in apprehendendo etiam veniat tanto magis altior: quanto est altior altero: et qui evitare vult: ut ab alio non subleuetur: oportet apponere manus ante album alterius in corrigia: aut diploide: sunt aperiende tibie fortiter ponere ipsas procul a parte posteriori: et quod corpus vadat directum: id est non deflectum: super genibus: atque naticis et cum alius vult subleuare oportet ipsum cum violentia: atque velocitate ad partem nostram attrahere: et quandoque cum brachijs tunc ipsum retro expellere super eam partem: quam euenire vult: et si confidit ad extollendum aut magnam mittit vim cum de solutione: atque deliberato animo oportet in instanti propinquare: ad ipsum ponendo contra cum sacca lignam: vel torzum: vel firmare caput: super stomachum eius: et sic non habet modum subleuandi in quo tempore de facili cadere possunt quia disordinati manent: præsertim quia omnes: qui in simili modo luctari solent: parum de palestra sciunt: et in longobardia tantum vitur. intelligas: quod ego non habui notitiam de aliqua patria in qua in simili modo luctarentur. Et hijs quadam legem inter se habent videlicet quod non possunt: per partem foris tibiarum armare seu industriam pedum operari nequidem circumdata: aut vera sacca ligna ingredi: nisi tollit pernam cum hoc crure: vel cum illo: et quandoque disclunatam: quam ipsi de galloni dicunt: et alij denominant de cora: et etiam voltas: seu giros circumcirca per pactum suum dare possunt. Denique dum homo strategem artibus pedum uti vult: facile est prosternere similia operantes. præsertim dum unusquisque apprehendit: ut apprehendere potest. intelligas non per pactum dicendo permittite me apprehendere ut volo: et postmodum pariter te permittam: sed hoc non attinet postremo posse: et sic unusquisque tenetur ad accipiendum: quanto melius valet ad libitum: vel contra libitum aduersantis. Et hic unum præcipue advertendum est: contra fortissimos artem magnam habentes: quod pro minori malo saltem in principio: qui debilis est: aut paucam habet doctrinam quod semper in defensione: seu ad tutandum seipsum attentus sit. Et ad hanc defensionem oportet pedes semper equales portare cum mediocri distantia inter unum et alium: licet aliquantulum magis distantes: quam dum homo offendere vult: et brachia debent ire ante pectus: vel ventrem alterius: et si alter vult ingredi ad coniungendum album cum albo: diligenter est ambulandum retro ponendo etiam caput ante pectus violentia ingredi: et ut melius hoc fiat locus spaciosus luctandi est querendus: nam in stricto non potest ita fugere: et tamen in stricto: qui defensari vult: circumcirca debet ambulare non autem retro. Et super omnibus alijs defensionibus

Secundus.

cauendum est ne brachia alterius sub nostris ingrediantur. nam si aduersarius fortis est: et ponit brachia sub brachijs alterius capiendo ipsum per lumbos non prebet ei amplius locum defensionis. **C** Et ut brachia alterius sub nostris non ingrediantur semper cum velocitate cum alius vult ponere unum brachium sub brachio nostro est tollendum ipsum nostrum brachium: et quod per partem superiorem iuxta pectus alterius veniat inferius dimittendo brachium aduersantis ad partem foris fugiendo corpus nostrum retro. Et in hoc modo facillime brachia nostra sub brachijs alterius ingreduntur: et hoc semper agendo: atque velocissime duz alter per partem inferiorem ingredi vult: et tamen si omnino defensari volumus: quantum alius tollat brachia sua prebendo locum: ut ipsum per cincturam a parte anteriori aut per latera capiamus. non est ingrediendum sed semper habere brachia ante pectus: vel cincturam aduersantis: et semper per directum ante faciem illius est ambulandum non autem ad latera: et hic est vltimus modus defensionis: que inueniri potest: et tamen cum alius cum vehementia: atque inordinate ingredi vult anuro deliberato: atque oibus membris solutis est ingrediendum cum torno: permittendo venire aduersarium cum volta magna: atque deviatione super illam partem ad quam ipse premit. et facillime cadet: et si non potes ipsum conuincere exemplo reuertendum est ad defensionem: veluti prius eras: et hec mania seu strategema: sepe contra offensores volentes ingredi agenda est.

Quoniam modo de omnibus apprehensionibus dum palestra decertatur vires nostre dirigende sint: tunc quando strategemata sunt. Cap. viij.

In decertatione palestre cum inter omnia alia strategemata torus seu trauersa principalis est eo quod de omnibus apprehensionibus ipsum applicare possumus: et semper in tuto modo ad alias industrias comparatus. tamen difficilis est: ut perfecte fiat: quantum cito comprehendatur in confuso modo assumptus: perfectio tamen ipsius in paucis palestritis hactenus stetit. **E**t ut recte fiat duo tantum perit. primum: quod manus quomocumque in competitoris apprehense sint vna earum debet aduersarium subleuare: et alia declinare: et ut rectius intelligas manus existens super illud latus. vbi competitoris prosternere volumus debet quo ad vires ad partem inferiorem aduersarium declinare simul attrahendo ipsum ad partem suam. **A**ltera vero manus nostra debet in eodem tempore subleuare aduersarium expellendo latus illius sere retro cum volta tamen eo quod alteram manum aduersarius assequatur: et hec industria taliter fit: quod videtur vna manus nostra super nostram alteram euenire in modo girationis: et manus que ad partem inferiorem attrahit taliter vadit: ac si sub altera manu ingredi veller. **A**lter vero modus talis est: quod totam personam nostram in eodem instanti temporis in altum extollamus rigida omnia membra: remanendo tamen declinando totam personam ad posteriorem partem super tergum nostrum: ut alterum a terra subleuare possimus: nam cum ipsum aliquantulum extollimus: deinceps facilius cum partibus superioribus eius ad terram referimus: tamen oportet manum: atque tota nostra persona in modo revolutionis assequi: ut iam dictum est. **M**ediana siue circudata: siquidem in ordine subleuandi alterum cum industria tori confertur: quoniam oportet cum clune aduersarium extollere: et in eodem instanti nimium personam nostram super tergum declinare: tamen cum volta expellendo ipsum: ut ad terram veniat subleuando eius vna manu: et declinando cum alia veluti de torno explicauimus. **D**e desuio autem ambe manus volunt attrahi ad partem inferiorem: cum volta tamen dirigendo se ad terram ambe: nam si totaliter circumcirca irent non possent alterum prosternere. **S**accaligne omnes petunt omnia membra nostra preter tibiam: que armat saccalignam ad partem inferiorem aduersarium declinare: ut super tergum vadat. **D**esclunata: vel clunis leuam cum tibia: vel clunij nostra alterum subleuandum est: tamen brachia: et thorax nostrum cum volta euenire debent: dirigendo aduersarium ad terram in quantum possunt. **A**estia: et tolleperna etiam petunt girationem magnam: est tollenda tibia nostra declinando omnia alia membra attrahendo atque cum revolutione: ut cum tergo ad terram deueniat. **I**n retro pede vero traspie in lingua hispana denominatum tantum attrahit pedem alterius ad partem anteriorem: et brachia nostra expellunt ipsum super tergum: ut ad terram vadat. **T**rambocata non potest denominari industria: et sic tantum carentes arte eam apponunt tandem quando fit totam personam quo ad vires oportet onerare super personam alterius plicando: atque declinando ipsum super tergum. **V**olte siue girationes autem: que subleuato aduersario a terra sunt in fine oportet quo ad vires ipsius declinare: tamen aliquantulum sequere

bas girationes: vt ad terram veniat: nam proijciendo ipsum circūcirca equaliter non caderet. vnde oportet simul cum giratione ad terram ipsum declinare apponendo aliquam tibiam nostram: vel clunem ante suas: vt pedes in terra sistere nequeat. ¶ In alijs vtrique vbi nulla requiritur industria pedum: nisi brachiorum: et aliorum membrorum in quantum valentur conandum est ad declinandum aduersantem: vt ad terram veniat: veluti in declumbata: que fit dum alter capit latus nostrum: aut tergum: quia firmamus scapulas nostras: aut brachium super collum: vel humeros alterius saltando ad partem anteriore onerando super ipsum: vt cum alio ad cadendum veniat: licet quod si apprehendit nos per tergum brachia sua: cum nostris sunt retinenda: et quod scapule nostre firmentur super barbam competitoris in eo tempore quod ad partem anteriorem saltamus. ¶ Precipitata: vel ritirata fit: dum cum manibus de agagathe alterius: aut de aliqua parte circa collum apprehendimus: et ad partem anteriore velociter ipsius attrahimus: tamen in quantum possumus declinando caput illius: vt cum caput ad terram veniat retrocedendo per aliquos gradus nos ipsi: vt locum alteri prebeamus: ad cadendum. ¶ Furata: aut deuata: que agitur dum ad brachium equaliter diuisum manemus: et cum alias apponimus tozum: est ostendendum alijs velle subleuare: et in eodem tempore: aut festinatim super eam partem: vbi tozum erat applicandus declinare ipsum quo ad vires: vt super faciem cadat: tamen corpus nostrum est deuiandum in quantum possumus: veluti fit dum de agagathe seu de collo agimus: et deuium apponimus. ¶ Denique semper quod in palestra aliqua sit industria vbi pedes non tangunt pedes alterius magna volta seu deuatio cum corpore nostro agenda est. ¶ Preterea vnum tanquam potissimum in palestra aduertendum est: quod pes: qui armat vel pedem alterius infestat debet in quantum potest seipsum prolongare: hoc est quod non maneat sub genu: non sub clunibus: non sub humeris: non sub capite: in quantum potest deuiatus veluti manus deuiatur: aut deuari debet ab humeris a capite: dum proijcimus: et dum armis decertatur. ¶ Rursus oportet dum armamus quod totum corpus rigidum remaneat: et nil magis duplicatum super vnum membrum quam super aliud prefertur in agenda tozis hoc decet: et vt semper hos tozos recte agamus: tale signum est obseruandum: quod in quantum possumus pedem ad partem anteriorem porrigamus ipsum in alto tollendo: nam impossibile est recte corpus inclinare super tergum rigide manendo: si pes per partem anteriorem: quo ad vires non extollimus: vnde hoc obseruato semper tozum recte fiet. ¶ Deuatio siquidem et expetit quod tibia nostra: que anteponitur alteri rigida maneat: et quod non ponatur talis in terra: nisi cum spides digitorum ipsius pedis tantum: et in hoc modo alterum dirigimus ad terram quod non fieret affirmando talum in terra.

¶ Quonam pacto in armis ambulare debemus.

Cap. viiiij

¶ In armis decet quod vim altam: et pedes leues ponamus: nec procul vnum ab altero causa quod saltare: et ambulare ante: et retro possumus aut vero super latera circūdare: et huiusmodi intentus habendus est quod arma semper inter nos: et aduersarium vadat. Nam deuiando ipsam ad aliquod latus multum superius: aut inferius periculum nobis esset: et quod armam defensibilem habeamus: vel quod cum illam: qua offendimus reparare velimus semper tutius erit membrum effugere: in quo alter nos percutere volet: non quod in hoc terram perdamus: nisi quod nos non attingat: aut ictus aduersantis incassum traseat. Nos quoque sepius retrahere oportet per vnum passum a latere deuiando. Et tunc ad discooperta loca impugnantis ictus nostri iacendi sunt minando ad vnam partem cum dimidio ictu corporis ostentatione faciendo: tunc tunc absque teli motione: ac deinceps festinatim reuertamur ad faciendum ex alta parte longum ictum: et semper tibias et brachia de loco ad locum cum ictibus: atque breuibus passibus in modo dissimulationis moueamus.

¶ De ludo Aze: vel Tricuspidis.

Cap. ix.

¶ Cum quacūque arma in bastata: seu suste tutius ludat: quam aliter via tricuspidis obseruando. Sed arma ad anteriore partem porrecta ire debet sicut tricuspis: vel aza quoniam ipsam capimus per inferiore contum: et anterius redim: et ictus aze in leuata hoc est in principio docendi iacet: et principaliores cum calce: vel cōro sunt istius: sepe tamen superius est signandum statim partes nostras coperiendo: et ictum ad partes inferiores anterius dirigendo.

Secundus.

Nec aliter de pede ad caput iactus est sciendus prolongando azam ad feriendū cum martello: seu puncta obtusa per superiorem partem: brachia in nobis ipsis sunt recolligenda. Alter enim vadit ad cooperiendū se: et eodem tempore est locus nocendi cum puncta ad stomachum: et reuertendo iterum ad nos tegendū velociter: tunc generalis regula est ocius cum calce punctam iacere. Nam quotiescunq; vult ictum nostrū reparare firmiter manendo: aut se nobiscum iungere: possumus ipsum conto percutere duos: aut tres ictus agendo absq; quod manus firmentur: et parumper retrocedere oportet: sunt assidue instruendi: ac moderandi: pedes: et caput obseruandum: et quod manus decurrant: et velociter permutantur: ne ab aduersario tagant. **C** Dissoluta quoq; ē ducēda tricuspis: nāq; ipsa firmā tenēdo curtos: siue breues ict^o agerem^o.

C Veniq; vt superius dictum est: super omnia oportet pedestrem semper constanti animo manere: et nō tantum dum procul ab ipso equester est: sed etiam contingendo simul misceri: videlicet quod si equus cum homine pedestri manente coniungeretur semper in tali casu animus fixus est habendus: et si homo cadit in terra sub alio collo: aut pedibus equi semper manus illius cadentis in terra officium suum operari debent dextrum: et sinistrum: et presertim ad superiorem partem: dato quod facie in terra caderet: arma sunt semper supi^o dirigenda ad vulnerandū equū: que res facilis est cum per partes inferiores: vt per aliuq; semper equus inermis vadit: et sic de facili occiditur: et quāuis pedes super aliquod membrum hoīs cadētis in terram poneret: si homo est armatus parū mali potest ei causare: et dato quod sine armis homo sit: nō potest habere tantū malum: de pedibus: aut dentib^o equi dato mordere veller: qđ homo armis suis vti ne queat: et occidere equum: et tunc qui equester manet parum potest nocere iacētē in terra: presertim si arma breuia tantūmodo habet. **C** Sed causa paucitatis animi: aut inaduertētia intellectus: qđ fere oēs homines pedestres manentes cōtra equestres: quū coniungunt amittunt animū: presertim si sub pedibus equi cadunt: vnde nil querunt: vt ab armis suis auxilium petant: et sic tanquā vincis manibus: et pedibus miserabiliter manent: quāuis tunc accommodatissimū haberent locū occidendi equū: qui super ipsos venit: licet quod ad hoc agendum oportet hominem solutum: siue agilem: et fortissimum esse: nam si debilis: et aliquibus defensibilibus armis inductus est: parum potest se mouere: vt de offensibilibus armis aduersario noceat. **C** Ansuper paruum incontrum: aut calces equi conuincit seu tormentat: ipsum hominem. sed dum fortis est: in quocunq; tempore habendo arma multo contra equestrem potest tandem: qui habet animū semper interfugiet obuiationem equi: saltem quod ad plenum ipsum non accipiet: vnde paulatim vniunt: et sic obuiatio fit parua: et de parua obuiatione paruum oritur nocumentum. **C** Et dum pedestres manemus: et coniuncti cum equestri sumus de industria quandoq; optimum erit nosipos declinare: more luporum: vt sub alio equi deueniamus: causa quod tunc ipsum facillime occidere quimus: in quo tempore nō vnum solum ictum: sed plures cum celeritate agere debemus.

C De quibusdam ictibus principalibus tripuncte: seu aze.

Cap. xi.

C Quidam solent azam ita longam deferre: vt cum manu in altum attingi potest. Sed quo ad veritatē multo melius aliquantisper longiorem habere. Bonum est minari cum calce: et cum ascendente redire ex inferiori parte ad superiorem: quemadmodum de ense duarum manuum fieri solet: et hic ictus cum martello aze ad feriendum manum alterius dirigendus est: atq; reiterandus: quōuis postremo per aliud latus reducendus eo modo: quo fit de puncta: interdum verō ad pedem alterius cum calce iaciendum est corp^o nostrum simul cum aza inclinando: et quod eodem tempore cuspis absq; sectione temporis ad tangendū caput alterius ascendat: et tunc corpus nostrum: et brachia subleuanda sunt: et bona deuastratio est ambulare super latus quod antecedit ducendo azam cum conto circūcirca fere quemadmodum rota: et sic sepe cum ictu alterius obuiat: sed eijciendo: vel euadendo quandoq; spissum: et quandoq; longum: interdū et breuem per omnes partes semper habemus locum tangendi alium quāquam ipse in hoc modo de giro azam suam deducat ad nostrorum ictuum reparationem: qđ vbi potius decipiuntur illi: qui reparare solēt est quando censent eorum armam cum arma aduersarij firmatam habere: facile est retrogredi: aut per inferiorem partem redum nostrum dirigere ad feriendum aduersarium: optimū est semper hinc illinc quieto modo: vel absq; furore pergerere forte deficiamus: nec quid facturi simus ostendam^o. Sed velociter: et cum magno impetu: ac vi esse oportet necessitatis tempore.

Aza siue tripuncta in longitudine vsq; ad martellum ex quantitate vnus manus esse debet lōgior ho-
mine ipsam deponante: vt per totum attingere queat absq; quod ad feriendum pedem alterius inclinet
per tantam terre distantiam sicuti persona nostra longa est. Nam declinando magnus periculum imine-
ret: maxime si grauib; armis induti sumus: quoniam armorum grauitas anteri; ponderat: nec potest
se quisquam cito recuperare: et in certamine ambulandum est in tanta distantia ab alio: quanta ipse sit lon-
gus. q; dū decertantes magis appropinquant manib; apprehendi possunt: hic aut ex quo appropinqua-
uerimus salubri; est pugionem siue mucronem operari: q; azam accipiendo tricuspidem alterius cum no-
stra manu leua: vel apprehendendo in alia parte que secura sit ne fortassis effugere queat: aut facienda est
apprehensio: qua ipsum prosternari possimus.

Quatenus in gallia: et in germania: tripuncta vel aza ludant.

Cap. xij.

Galli presertim: et alamani quāplures ludunt aza: et mucrone fere sicut ad pugnam manus dūtaxat:
et in rei veritate paruuli: mulieres: atq; rustici huiusmodi consuetudinem habent quando vnus corus ali-
quem baculum: vel telum manu tener: et alius accipit ex alia parte baculi ad dirimendum ipsum. Quocir-
ca vadunt reuoluendo brachia tum superius: tum vero inferius. Sed qui expertus est nūquam in tali exa-
mine reuoluendi brachia ponetur: preterq; ad vulnerandum: aut precipitandum alium. Et ad hoc quod
quis bonus palestrita sit satis est accommodatus. Ideo qui luctari nescit adiscere debet ad portand; azam
procul seu deuiate: et ipsam porrigere ad tangendum aduersarium oportuno tempore. Nam si ad strictas
apprehensiones deuenitur: ibi bonus palestrita valet. Attamen in dextera manu decer pugionem: vel con-
tum aze obseruare: et quod leua manus atenta sit ad alterius telum capiendum siue occupandum: vel ad
ipsum hostem prosternandum. Et hic non est habenda cura mittendi azam nostram in collo neq; i tibijs:
aut inter brachia aduersantis. **E**t si armati sumus adhibenda est solertia quod partibus minus coo-
pertis offendamus. sicut in visera: et axilla: vel sub brachio: et vmbilico: atq; inguinibus: et pedibus. Sed cō-
tra illos: qui ad dimidiam azam decertare volunt: et nostrā deuiate: debemus ex procul ambulare icus no-
stros iacentes cum maxima velocitate retrocedendo aut per transversum quandoq; corpus nostrum di-
rigendo: vel supra hostem reuertendo dum tempus locū prebet. Ipso enim veniente cuz dimidia asta vel
aza anteri; si nos armati nostram porrigimus: et corpus deuiamus ipsemet accedit ad ingrediendum
per punctam arme nostre. **E**t rūtamen aduertendū est q; in hoc modo decertare dūtaxat dum iner-
mes de armis defensibilibus sumus intelligendum est. nam dum armati in albo sum; cōtinue ad antero-
rem partem ire debemus: aut saltem circūcirca eo quod nullatenus permittamus ab aduersario expelli: et
ad hoc ácha per dimidietatem capienda. **B**onum est de aza fieri duos manu dexteris: primum bre-
uem: vltimum longum: et quod in puncta conuertatur: et similiter de manu sinistra alios duos icus: et q; vltimus
veniat in puncta.

Quoniam pacto est decertandum pedester cum armis curtis: et ponderosis in albo
armati.

Cap. xij.

Cum contingit pedester cum armis albis atq; cum ácha siue tricuspide decertare pauca hic sunt ope-
randa: in primis enim circūcirca est ambulandum super latus: quod aliquantulum alterum precedit: retro ve-
ro nunquam decet ambulare nisi quandoq; vnum passum: tantum vt ictum alterius inanis transeat: aut i-
grediendo aduersarius quod habeam; tempus accommodatum ad agendū ictum nostrum contra ipsum:
sed similes passus in modo transverso: siue ad latera est melius. **A**ncha est accipiēda per dimidiū cuz
ambabus manibus cū pauca distantia de vna ad alteram: et quod manus pectori adhareat. **E**t si ho-
mo dexter est: idest vtens manu dextera: ipsam debet portare semper ante: et etiam dexterum pedem: sed
parum ante: quoniam fere equales portandi: et si sinister erit: cum manu sinistra: et sinistro pede debet ante
cedere: nam in hoc modo maiorem habet vim. **E**t si recte de armis albis defensibilib; armat; est:

Secundus.

quāuis alter moueat manus: et pedes: videlicet quandoq; manum dexterā: quādoq; sinistram ante nulla tenus est agenda aliqua mutatio extra illud: quod iam hic sub paucis diximus: vnde in hoc loco maza seu tricuspis ē portanda ad partem anteriorem. etiam superiorem vbi manus dextera siue fortior vadit. cōtus vero ad partem inferiorem: et posteriorem: **E**t de hoc loco quomodocūq; alius veniat: possumus ictū suū reparare: et contra ipsum ictum nostrum agere. Si pijciet ad caput est reparandum cum tricuspide siue superiori parte anche: et in eodem tēpore porrigēdus est ictus i modo obuiatiōis siue stochate ad guttur alterius: et qđ crus ipsius anche vadat in trāsuersum: causa quod si cuspis nō apprehendit ipsum trāsuersum anche firmiter in collo. vnde si recte firmamus. facile est projicere alterum super tergū: tamē oportet ire semper pedibus nostris sub toto corpore per lineam rectam: ne premendo contra alium super facies cadamus. **E**t si alter per partē inferiorem ictū cōmittit quomodocūq; veniat est recolligendus cū cōto anche nostre: et est ingrediendum vno passu: et per partem inferiorem projicere cum maza ictus magnū ad manus alterius: et etiam idem agere possumus: dum per partem superiorem venit colligendo ictū suū cum conto: et vt bene reparare possimus: et ictus nostros operari: semper in reparando: et eijciendo ē ingrediendum cum pede: videlicet cum illo qui est super latus vbi reparamus: in reparando: aut cum illo: qui manet vbi ictum agimus ē ingrediendum. **T**andem in hoc modo decertandi pedestres: et grauius armorum semper quod volumus in vno: vel duobus: aut quando magis tribus ictibus coniungere nos ad brachia possumus: in quo loco deducti semper apprehensiones infime agende sunt: vt per tibias: presertim de illa quam aduersarius portat ante: et tamen aduertendum est: quod in apprehendēdo caput nostrū nō inclinetur: sed tibie declinari debent: et semper sub thorace ambulare si alter venit ad collum: vt nonnulli venire solent est eijciendum brachium suum ad partem anteriorem: et assumere ipsum per tergum: quod facile est: et qui de tibijs apprehendit alium raro totaliter sub ipso cadere potest: qm̄ semper vadit reuolutus cum aliquibus mēbris super aduersarium: neq; in cadendo debet dimittere ipsam tibiam. **E**t aduertendum est quod duz grauiter armati sunt: fere oēs homines: dū ad brachia veniunt. vtuntur grossis strategematibus cum pedibus veluti mediana: siue circūdata: et disclunata: siue duneslenium: sed hec duo strategemata de facili destruntur: et ambo in vno et eodem modo in simili tempore: qui minus sciunt nestiaz: siue transuocata: siue transuocata ponunt: et contra hec strategemata oportet festinanter: atque cum violentia maxima tollere tibiam nostram in qua ipsi armant quantum possumus ad partem posteriorem retrahendo: ipsam super latus quo ad vires reuoluendo alterum: ita vt cadat super tergum quod facilissimum est hoc modo agendo: oportet tamen quod pedes nostri fere equales vadant: et cum sufficiente distantia de vno ad alterum.

De lancea: que vulgariter ginetta vocatur: ac de lancea longa.

Cap. xv.

Ginetta: que lancea mediocris dicitur: lancea longa: atq; alie his similes haste infime ac porrecte antea tenentur: et si manus dextera nra pcedit et pes dexter preire debet. Nec aliter de parte sinistra oino intelligimus. Quoue cinns tagamus pes: qui antea erat retro attrahendus est interdū cōmittēdo in modo minandi cum baculata: que palus: vel bastonata in vulgari dicitur. Sed iuadendū: ac defendendū est cum puncta lancee. Quando autem aduersus nos aliquod telum iacularetur cum hasta nostra nos reparare debemus: et corpus in trāsuersum demare: et tunc crebros ictus aduersus hostem acturi sumus quosdā longos: et quosdā breues. Sed quantum antea ingredimur absq; mora in eadem mensura retrogredi debemus: dūmodo alius tanq; deperditus non vadit. Quoniam eo tunc celeriter persequendus est. alias cōpetit brachia et pedes retrahere. Nampe quod aliter timendum esset quin alter subitus nos ingrediatur. Si vero antecedere volumus: aut alias insidias tēdere decet qđ moueamur ea pte qua manus: et pedes nri pcedūt.

Defensio principalis siue custodia de lancea longa: ac de alijs: que mediocris longitudinis sunt.

Cap. xvi.

Principalem defensionem lancee longe aliazq; mediocriū dicim⁹ esse brachia nostra eleuata tenēdo se re quantum possumus: et qđ puncta lancee in pectus alterius dirigatur: et vbi ipse aliquem ictum agere vult

super latus cum pede: qui antecedit passum agere debemus: et ictum nostrum in pectus eius iacere. Secura quoque defensio est manus nostras proclives: seu declinatas habere: et quod vadat cuspis lancee in vultus alterius. Aliquando est deponenda arma in transversum: ut ictus adversarij reparemus: et personam nostram cooperiamus. Sed ad faciendum ictum dirigenda est in personam alterius: qui vero ludum a se habet: ad quam cumque partem voluerit ire potest eo quod a se semper ante: et retro: atque in transversum pergere docet in qualibet arma hastata: vel longa principale deceptionem esse dicimus: quod dum adversarius venit ad tagendum telum nostrum nos cum passu transverso devenimus: et in eodem tempore ipsum tangimus: aut saltem telum suum cum nostro: et divertendum est telum nostrum cum gyro: siue circulatione ad feriendum illos: qui lanceam porrigunt: et punctam eius in terram declinant. Interdum vero nostram supra sua imittendo secum coniungi possumus. Apprehensa autem hasta ex punctali hoc modo devitari potest quodcumque telum contra nos projicerent: aut ictus quos faciunt in manu tenendo: ut arma vadat ad unam partem et corpus ad aliam: cum qualibet specie armorum brevium: siue longorum dum in offensa: aut defensa telum alterius cum nostro tangimus illicet sine aliqua temporis secretionem cum alio longo ictu una cum dextero pede cum cuspidem arme ingrediendum est ad feriendum: et hoc cum ense facilius quam cum alijs armis fit: et forsitan pre ceteris modis decertandi vtile. Quandoque lancea longa una tantum manu per contum capitur: cuspis vero in terra: et exinde cum quodam subpedere puncta in modum stochare iacitur quandoque in modum manu dextrae: et quandoque sinistri: licet semper punctum lancea vadat. At vero manus interdum ex nostro dextero latere dirigitur: et interdum ex sinistro. Et quantum lancea precedat pes dexter assequi debet. Et in faciendum ictum debet eodem puncto retrogredi: et adversario super nos impetum faciente ipsum: sequentes cum alia manu lancee succurrere debemus. Quinimo semper melius est quandoquidem vehementius quod taliter lanceam ponendo ambabus manibus per contum teneamus ex eo quod facilius modo ipsam subleuamus. Sed quum in aere ad feriendum vadit tollenda est sinistra manus: nam multo plus una sola nanciscitur: quam ambe simul ire volentes. Verumtamen in recolligendo lanceam semper tutum est utrisque manibus occurrere. quod si adversarius una manu iacit: intrandum est cum passu super transversum ad ambabus manibus iaculandum. Tunc maximam superantiam tenemus dum armati sumus: quod cum una manu paucus transitus preliando fit. Non enim sese quisquam disconcertare potest in modo capiendi cursum seu contra aliquem mur fit. Maxime quod qui hoc ageret magnam ostensionem in hiberet. Ita quod facile est ad demandum nostram personam: aut hostis ictum: et ad ingrediendum contra ipsum ad feriendum: oportet habere consuetudinem movendi lanceam ex una manu in alteram: ut una manu ipsam tenere valeamus: et de aliqua brevi arma cum altera nos turemur. Et hoc bonum est scire in omnibus armis: ut si nobis unam manum impediunt cum alia possimus telum capere: ac de ea nos adiuuare.

De ludo Lacionis: aut piche: quod lancea grossa: et iter longissimas: ac mediocres extat. Cap. xvij.

In ludo lacionis: piche: aut gnette non est consuetudo ponendi punctas in terra nisi semper in aere extolle re: et per lanceam longam hoc modo melius est si quis diu tollerare potest: preferim si singulatim decertandum erit. Si autem cum alio quisquam coniungi voluerit decet: ut illico lancea sua in levam manum transferat: et manus per ipsam versus cuspidem festinet: et simul aut in eodem puncto cum dextero pugionem capiat. Sed lancea nostra non est dimittenda quousque simul erimus: aut bonam apprehensionem facimus. Quod si alius lanceam suam dimittit regrediendum est: ut nostram ambabus manibus capiamus. Quando autem contra nos eijciunt aliquem iactum in uno latere sufficiens devastatio est occisus lanceam nostram super caput transgredi ad eandem partem qua telum alterius venit: et quod corpus restet ubi hasta prius erat manus nostras permutando: atque ictum contra adversantem eodem tempore faciendo: quoniam hastam suam deviamus: et ipse absque tegmine remanet. Et si alius iridem agere volet versus nos minari debentius siue effingere cum uno ictu brevi in discoopertum latus: et ictum retinere: atque eodem tempore permittere: ut alius longus ictus festinamus: ac fortiter cum puncta tendat ad aliud latus super quo ipse transit: aut vero quod gradum faciamus in transversum dirigendo ictum ad partem ex qua deviat. Nam tunc nullum contra nos detrimentum adducere potest. Demum melior ictus qui de lancea longa: aut alijs mediocribus fieri posset est prolongare passum cum pede antecedenti: et quod lancea viam suam faciat rursus ingrediendo eodem tempore per unum passum de longitudine cum pede qui retro manebat: Et quod

Secundus.

lancea vnum solum tempus agat prolongando se quantum potest ad tangendum hostem. **De** lancea ginetta quandoq; luditur sicuti de lancea longa: et interdum de asa: quandoq; minando de baculata: et cum puncta ad varia loca excutiendo: tum superius: tum inferius.

De ludo baculi: qui vulgariter de bastone nominatur.

Cap. xvij.

Ludus baculi utilis experitur sciendo voluere. et transmutare brachia: licet non tutum sit simili ludo vti nisi ioco aze: quoniam debiles ictus iacerentur: et non possemus offensam: nec defensam agere.

De ludo ensis duarum manuum.

Cap. xviii.

Arme: que breues sunt correspondent ad ludum ensis duarum manuum. Principales vero ictus duo ascendentes sunt ex quacumq; parte nostrorum laterum: et vltimus cum stocchata: vel puncta finire debet: et quod exemplo ad nos cooperiendum redeamus: aut ad aliquam partem cum aliquo duplici ictu tangendam. Brachia vero nostra antea erecta: aut porrecta manere debent: et nos eiusdem passibus: quibus preuerimus retrogredi: nec in transversum dimittendus est ensis: tunc enim latus discoopertus remaneret: et ideo effugiendum est latus: et recte aspicientibus periculum tarditatis cooperiendi demonstratur. Et hic ensis duarum manuum docet effugere: conseruare: atq; euoluere manus: et multocius ad manus alterius cum ictibus nostris invadere. Dum enim maximam voltam agere voluerit: aut q; directa brachia non habet facile est ipsum tangi. Et dum ingreditur cum duobus ascendentes ex quocumq; latere voluerit ingrediendum est cum pede: qui retro manebat: et vltimus ascendens in stocchata dirigendus quemadmodum diximus. Sed cito brachia recolligi debent super alio latere: tota q; persona est retro vertenda: et etiam hoc modo bonum est iacere stocchata cum ense vnus manus presertim si aliquas armas defensibiles habemus et decet adhuc duos ascendentes ex parte dextera committere. Et hic primus passus cum pede sinistro: et secundus cum dextero simul cum puncta fiendus est. Sed illico ambo pedes retrogredi debent: et hoc sere potest ambobus lateribus.

De ludo ensis vnus manus.

Cap. xix.

Ensis vnus manus debet modum ensis duarum manuum seruare: licet facilius ad vnum membrum signetur: et ad aliud reuertatur: et duo reuersus: siue manus sinistra fortes sunt cum primo parumper emittendo antea dextrum pedem. Secundus vero cum eodem pede fieri debet: In vltimo autem ictu prolongandus est passus quanto possibile erit velociter diuertendo pedem retro: vel in transversum: et ensen iterum ad manum hostis dirigendo agere guidam: seu signum in faciem hostis: et quod ensis veniat ad sciendum per tibiam cum vno duraxat tempore: aut vero prius per inferiorem partem minari: ac premittere: vt in longum ad caput ipsius tendat: Similiter hoc de manu sinistra: sicut de dextera fieri potest: non tamen agenda sunt duo tempora in ictibus duplicibus: nisi vnum duraxat: et sic vbi inferius scinditur ad conseruandum caput cum guida: aut modo de gyro rotundo ocus est redeundum.

De quibusdam ictibus vtilibus.

Cap. xxi.

Oportet semper distensum brachium sustinere: et quod neq; ingrediendo neq; egrediendo duplicetur. Dum q; ictum premittimus corpus est porrigendum quantum possibile erit simul cum brachio: et quod omnes iuncture denodari videantur genua inclinando: vt porius attingamus: et in gyro ducendus est ensis: vt citius vadat: et quod in terram non tangat: nam portando ipsum ensen circū circa magnum pondus auferre: et tollerare possumus. Quod si telum ex alto venit in ascendente: aut per transversum puncta debet semper manum alterius prospicere: et quod cuspis ensis altius veniat: q; pugnus noster: et sic alius percutiemus priusq; attingat: et aliter econuerso sequeretur. Due stocchate: aut puncte vna alta: et alia infima vltima cum lancea longa agimus fortes sunt: hoc autem cum omnibus armis fieri potest: et quod prima pun-

era dissimulata sit: vltima tamen longa. Sed ambe vno solo tempore faciente sunt: aut minandum est cū manu directo vel sinistro ad punctam erga faciem reuertendo: et hoc cum ense duarum manuum vtile est: et quod iaciendo vnum reuersum: vel manusinistrum: aut manudextrum per inferiores partes cuspis vadat in circulum ad feriendum faciem tollendo: ac porrigendo brachia quantum poterit. Et similiter si duos montantes: vel ascendentes agimus optimum est cum hoc ense vltimū in stoccatam conuertere. Ad hoc interdum decet quod manus per manubrium vsq; ad pomum ensis decurrat eo quod ensis in stocchatam prolongetur cum ense duarum manuum intelligas eo quod longam habet manubrium. Quod fieri potest cum quibusq; armis: que duabus manibus apprehendimus. Nihilominus cito diuertenda est manus ad locum in quo prius erat.

De ictibus ex inferiori parte venientibus.

Cap. xxij.

Actus ex inferiori parte venientes boni sunt: Attamen maiorem vim afferunt illi: qui descendent. Ideo q; denudandum est corpus nostrum: et quod non scindamus: nisi cum pauco ense dum ictibus ex superiori parte venientibus resistere volumus: et recolligendi sumus supra latus: vt locum habere possimus ad tutandum membra. Sed dum defensibilem armam tenemus ingredi possumus: et nosipso tegere. Nihilominus veniente aliquo ad capiendum brachium nostrum: vel armam decet brachiū per transversus diffingere: et quod ad hostem sauciandum redeat.

Quo ictu vti possumus volentes nos coniungere.

Cap. xxij.

Si quis vult cum alio coniungi respiciendum est quando agit ictum deliberatum: sicut si manudextrum adducit tunc preire potest cum passu in transversum: quod vulgariter contrapassare dicitur: et quod ensis noster vadat cum guida: siue ascendente ad reparandum ensē alterius. In quocunq; tempore reuersum: vel stocchata per inferiores partem fieri potest. Et si alter cum manusinistro: seu reuerso venit licet passum anterius transiit. Attamen quandoq; super transverso cum pede sinistro: et quod ensis noster ascendendo vadat per eandem sinistram partem: vt armam alterius retinere queat: et tangendo cū manu sinistra in brachio dextero illius: q; premittamus ire ictum per tibias stocchata vel puncta est reparanda sicuti taglium: vel reuersum.

De prima custodia:

Cap. xxij.

Sepe nonnulli decertando cum ense in prima custodia ponuntur hoc est habentes brachium altum super latus dextrum. et hic insidiantur quousq; vident alium agere ictum suum: et in transeundo veniunt retro post ipsum cum quodam findente vel descendente.

Remedium contra primam custodiam.

Cap. xxv.

Contra illos qui in simili custodia ponuntur hoc est in prima fieri debet signum: qd velimus reuersus de superiori ad inferius attrahere: et non permittere quod totaliter finiat: nisi quod ad medium tempus in modum guide: siue ascendente diuertamus ipsum superius ad obuiandum ensi aduersantis. Idem instanti ingredi cum ambobus pedibus ad coniungendum cum alio: aut qd p inferiores partes: cindam seu quod ipse veniat ad imittendam manum per cuspidem ensis nostri.

De secunda custodia: ac de obstaculo: vel remedio contra ipsam.

Cap. xxvi.

Alii homines consuescunt ponere se in secunda hoc est cum ense super sinistro humero precipue dum peltam in sinistra manu tenent: et hoste ictum iaciente recolligunt dextrum pedem retro: atq; eodem tempore quantum queunt cum longo reuersu ad anteriorem partem ingrediuntur: et alias cum sinistro pede

Secundus.

per transuersum fere ad feriendum latus aduersantis. **C**ontra hos vero adducendus est breuis ictus ex manu dextera: et quod velociter ensis cum volta transeat: et cum reuersu reuertatur ad reparandum ensi alterius: et eo tunc secum coniungi debemus. **C**Si autem hostis causa deueniendi ad nos eodem ictus agere uolet semper corpus retrouertendum est: et ensis cum ascendente tanquam stocbata: vel puncta ad feriendum ire debet cito manu: ac pede remouedo ad alia parte contrariam: qua ipse uenit: Et hoc modo quis propinqui maneremus non possunt arma nostra capere.

CDe ludo ensis: ac pelta.

Cap. xxvij.

CAd ludendum cum ense: et pelta per prius bonum est nosipos edocere ad cooperiendum absq; ense cum sola pelta: sicut agimus cum ense: quando peltam non habemus: quia aliter longum tempus preteriret anteq; recte nos cooperire sciremus. Et tñ debet unum brachiũ extendi sicut et aliud taliterq; ingredi possimus superius: aut inferius quantum uolumus: et sine pelta non est tutus accessus: propterea quod non est nobis locus cooperiendi caput: atq; alia membra.

CDe ludo ensis cum cappa.

Cap. xxviii.

Cum ense: et cappa plures deceptiones fieri possunt: sed semp ensis: a cappa sunt māsuri: ac si de ense solo luderemus: et etiam ictus eodem modo fieri debent. Et sic eundem est ad reparandum siue resistendum cum ense: et cappa simul: et tunc dimittenda est ibi cappa in resistentia arme alterius: et quod ensis noster ad scindendum inferius uadat: aut uero ad alteram partem. Si oportunitatem uidemus projicienda est cappa nostra ex inferiori ad superius: ut uultum: et ensi aduersarij impediatur: quandoq; uile est quod nos super manu directa eamus cum ense scisuri. Et si ipse contra nos suam cappam eijceret cum uelocitate ad partem posteriorem uelociter regredi debemus tangendo manus siue armis cappam eius: ut ense: aut oculos nostros non superuectiat. **C**Quod si cum solo ense remanemus si recte de ipso ludere scimus non inuenimus magna disparitatem: aut necessitatem: quis alius ensi: et cappam habeat.

CDe ludo ensis cum parma: que est arma ex corio defensibilis: et apud hispanos: atque aphyricanos in consuetudine.

Cap. xxviiii.

CLudendo cum ense: et parma est dimittendum unum latus discooperij: eo quod hostis ad feriendum in ipsum ueniat: quumq; accedit ingredi oportet cum pede nostro qui ius manet tegendo caput nostrum: et per inferiores partes ictum dirigendo. Si uero alter hoc idem agit retro nos migrare oportet mittendo stocbatam: siue punctam in stomachum eius per partem in qua discooperus est: aut si cum manu directo uenit: quod in uulgari taglium dicitur: nos similiter cum alio manudextro per partes inferiores ire debemus: et eius ensi cum parma nostra occipare: et quod eodez tempore nos euoluamus super nostro dextero latere. Si uero de reuerso: uel manudextro euenit oportet ipsum cum alio simili accipere secundum eadem regulam: q; de manu dextro dicta est. **C**Sed si aduersarius cum parma firmiter manere uult plures ictus contra ipsum sunt iaciendi qui ueniant in voltam seu circulum manudirectus: qui transeat per tibias: uel partes inferiores: et quod euoluatur absq; intervallo cum reuerso ad caput. Si enim alius eriretur: et uersus nos in transuersum pergat passum agere debemus: et parumper retro emitte re stocbatam aut aliquem alium ictum ad partem quam ipse magis discooperatam dimittit: Et sic uno solo ense potest contra eum decertari qui ensi: et peltam parmam aut rotellam habeat quis sit sufficiens licet quandoq; retrocedendum sit eo quod non habet armam ad se cooperiendum: et tunc decet longos ictus atq; in varijs locis agere semperq; foras ambulare. **C**Alias dum magnam peltam habemus periculosi ictus sunt si ludum parme ex corio: et ensi sequimur ueluti ponendo peltam altam: et duos reuersus cum dextero pede projiciendo: et quod sinister dextrum insequatur ac super dexteram partem nostram ingrediendum est. Tandem cum pede dextero diuertendus est unus passus retro: et quod manus nostra alta remaneat cooperiendum nos de superiori ad inferius cum ense. Nam comuniter alius in tali puncto

nos prosequitur. **I**circo eodē instanti capite nostro cum pelta cooperto debemus cū dextro pede magnū passum diuertere: et stocchatam in faciem vel stomachū aduersantis iacere aut vero eicere vnus solum reuersum ac retro curz pede: et ense redire: et cito reuerti cum puncta eo modo quo iam diximus quod fere nūquam errare potest. **E**t etiam fortis ictus est si ponitur homo infirmus super genua applicatus: et quod cuspis ensis fere in terra per sinistram partem nostram: et pelta ad instar cincture: aut per illud directum veniat. Et accedente hoste ad exhiberandum supra caput nostrū: aut ad aliam partem cito tegende sunt partes nostre alte ingrediendo cum longo gradu: et stocchata eodē tempore: quo hostis euenit. **A**lius ictus fortis fieri solet sicut quando ipse vult manudextrum: vel reuersum iacere: et nos alium similem facturi sumus ad obuiandum suo ensi eo quod ipsomet tempore ensis noster antierius decurrat: vt inimicum in facie aut pectore feriat: et quod ensē suū detinemus ne nos pertingat. **B**euastatio istorum omnium est ambulare per vnum passum magnum super latera: q̄ veniat parumper retro tum etiam quod eiciamus stocchatam ascendente: vt retinendum ensē alterius tendamus: **D**einceps illico tibie: et ictus semper duplices: aut duplices esse debent in vno solo tempore absq; intervallo.

De ludo ensis cum rotella: que tanquam pelta se habet: nisi quod magna est: et tota de ligno: et manigia. Sed locus ex quo accipere debemus diuersus a pelta quia duas manículas continet sicuti parma: et brachium ingreditur p̄ vnam: vt manus alia apprehendat: **R**otella vero a proprietate sue rotunditatis nominatur.

Cap. xxx.

Capiendo ensē: et rotellam eodē ictus obseruare oportet veluti si de parma cozia luderemus quemadmodum superius dictum fuit: et ad hoc tanquam parma maículas habere debet hoc ē vnaz prope aliam: ex quibus rotellam apprehendimus: quoniam in modo: quo vtuntur brachium valde intus in manículis ponitur: et tunc maximum est nobis impedimentum: quum cito moueri: et totam personam cooperire nequeat: et etiam rotella tam prope nos manet quod licet paulo antierius transeat ensis aduersarij ad caput: vel ad aliud membrum nostrum attingit.

De ludo scuti: vel clipei.

Cap. xxxi.

Scutum siue clipeum in humero nostro firmare debemus: et quod manipule non sint nimium inter se separate cā q̄d hō queat ipsuz quocūq; voluerit mouere ictus tāquā de rotella: vel parma faciēdi sunt sepe cōtrapassando id est ad latera gradiēdo: atq; enses erigēdo vbi aduersari^m minus cooperit⁹ extriterit.

De pugione vel mucrone: et quibusdam suis ictibus.

Cap. xxxij.

Atilius eē dicimus dum ad ludum: vel certamen pugionis accedimus: vt ipsum per partem inferiorem versus hostem ponamus ne a manibus eripiat: et sic tenor: ac modus ensis solius obseruandus est: tamen si cum maiori membrorum velocitate: ac leuitate: quoniam dum decertantes prope manent: et breuia habent arma non potest tam de facili reparari: Et duz aliquis ictus fit ambulare decet super dextera parte nostra. **S**i vero hostis ictum contra nos committit parumper est retrocedendum stocchatam ad eius sinistram latus iaciendo.

De eodem ludo pugionis.

Cap. xxxij.

Adversus illos: qui cū ictu deliberato veniunt plura obstacula cū mucrone nostro fieri possunt: **Q**uin imo nōnunquam cū manibus accipiēdo brachium: quo alius pugionem affert preparādo siue defendēdo per inferiores partes: et alias q̄ manus nostra post brachium alterius veniat: vt ipsum cadere faciamus. **Q**uod si per inferiorem partem hostis inuadere volet in modo de puncta est tangendum ad pugionem suum: vt de solo ense fieri solet: et eodem tempore est proijciendum in faciem. **D**eniq; si quis de palestra cognitionem habuerit non potest sibi ab aliquo istorum ictuum detrimentum inferri nequidem.

Secundus

ipse inuero capi quoniam si semper manus sua aliter quā nostra voluerit: ut coepa suum deuiaret quod facile est illi qui luctari sciuerit.

De modo ludendi cum partefana: et rotella: partefana vero dicimus armā inbata aliquāto longiore aza: quā latius habet ferrū tanquā ensis antiquus tū latius: ac breuius. Cap. xxxiiij.

In ludo partifane: et rotelle super nos ipsos ambulandum est quousque videri possit quid aduersarius velit. Et hoc tempore ludus aze faciendus est ingrediendo: et reparando temperate: ac sepe ad facies breui icu minando. Beinceps premitterendum est ire icus in longum ad inferiores partes decurrente manu per hastas aut quod dicamus voluendo partefanam subtus manum ad tibias alterius iaciendo. Et nos semper reparare debemus quoscunque icus alij agere queunt diuertendo caput et tibias: ut de aza agimus et in reparando contrapassandum est: aut super latere eundem vnum icum superius: et alium inferius iaciendo. Qui vero cum rotella: et ense sciet se cooperire: pari modo facillime cooperietur si partefanam habet presertim si in ludo aze sciens est: et in eo siquidem non nimia necessitas est de rotella preterquam dum aduersarius partefanam extra manum contra nos compulisset admodum propinque manendo: et tunc fortasse non esset tempus reparandi ipsam. Sistendo circa aduersarium si altam partefanam habet: et nimium rotellam suam precedit obuiandum est pūcte sue partefane cum rotella nostra causa quod i rotellam ingrediatur. Et dum ad abstrahendum ipsam insistit potest sibi aliqua aduersitas accidere. Idcirco precauere debemus ne cuspis noster per obuiationem rotellam alterius tangat.

De duabus partefanis cum rotella.

Cap. xxxv.

Accipiendo duas partefanas cum rotella oportet iacere vnam ipsarum manendo in mediocri distantia ab aduersario: et quum primum illa attingit adesse debemus cum alia ambabus manibus capta: ut aduersarium seriamus in alia parte: quam discooperta dimittit: quoniam ipse euoluitur ad deuiandum partefanam nostram: et interim impeditus: atque discoopertus manet: et quousque non reuoluitur aliquod habet impedimentum: propterea quod partefanam ex dimidia parte: atque vna sola manu apprehensam continet: et nos nostram ambabus: ac per calcē assumptā tenemus. Qua de re priusquam ipse sibi precauere queat in periculum maximum incurrit: et iste icus in partefana principalis est: aut vbiunque vnum telum ad proieciendum: et alium ad obseruandum in manu habemus. Si alius iacit partefanam suam contra nos decet ad latera contrapassare icum suum deuiando. Et quod rotella sub ascella brachij dextri nostri attingat: et ibi fixa maneat: et illico cum diligentia parumper retrocedendum. Nam si hostis cum partefana sua ambabus manibus apprehensa euenit locum habeamus ad nos reparandum.

Quomodo vtile esse experietur inire ad latus dextrum aduersantis: et qualiter rotellam: vel dargam nostram tenere debeamus siue operari. Cap. xxxvi.

Communiter omnes super dextro eorum latere effugere solent: ut telum nostrum tangere queant: atque ipsum deuiare: et ex hoc industria est proiecere supra illud met latus: et nos cooperire. Ideo dum contrapassamus id est super latere imus fugiendo alterius armam ponenda est rotella: et darga semper nobiscum amplexa: et quod semper tangat cubitum nostrum directum. Nec est permittendum quod telum aduersarij veniat ad rotellam: vel peltam nostram. Sed impediendum est ipsum cum nostro offensibili tangendo.

De modo transmittendi passus super sinistro latere.

Cap. xxxvij.

Vicimus tutum esse ambulare super sinistro latere dum alius aduersus nos telum iaculatur. Nam communiter homines manū dextri armam proiecentes euolunt ipsam supra directum latus alterius. Si autem manus leua est reuoluit armam quam excurit in nostrum sinistrum latus. Quapropter contra manus sinistros dum aliquod telum proieciunt ad dexterā parte effugere debemus: et cum manū dextera ad sinistra cūda est.

De astutia q̄ vti debemus volētes armā nostrā p̄tra aduersariū iaculari. Cap. xxxvij.

C Melior modus decipiendi dum armā contra inimicum iaculari volumus videtur esse cōmittendo: vel minando tenero quo. Jam modo: atq; impellendo quando imaginatur iam se esse deuiatū: z tūc oportet prolongare brachium vt telum comiterur: z quod vadat ad locum vnde alius deuiatur.

Quid faciendum sit dum partesana; thozacem: z rotellā habemus. Cap. xxxviii.

C Si haberetur thozax cum rotella quandoq; potest projici rotella nostra ad faciem alterius precipue dum in quoquomodo defessi sumus: z in eo instanti attingendū est cū partesana ambabus manibus apprehensa quia donec in illo impedimento versatur ipsum lauciare possumus: z q̄uis cū rotella remaneat semp ipso validiores erimus nisi q̄ forte ipse eijceret partesana suā ad nos. Sed hoc tāquā omni spe destitutus ageret maxime si nō remaneret sibi mucro. Būq; eā p̄ dimidiū assumere vult vt projicere queat si prope sumus debemus contra ipsum q̄ plures ictus iacere spissos longos: ac breues maxime in brachio in quo armam habuerit. Et hoc modo non permittimus ictum suū agere: z idem faciendū ē cōtra illos qui lapides iacere volunt taliter quod dum minari incipit decet quod arma nostra brachium vel faciem suam percutiat. Et si nos lapides aut his similia habemus velociter incedendum est ad posteriorem ptē: z tunc contra ipsum projicere oportet: atq; eodem tempore cum aduersario nos coniungere si volumus sed sepe periculosum ē tandem ad probandū vltimatum medium agendum est quoniam obseruationes: z puncte armorum offensibilium semper de aza esse debent: z dum pugionem tenemus: ac prope manemas possumus partesanam in hostem iaculari: z nos secum coniungere. **De partesana sola ludus aze: z enis duarum manuum agendus est: Quia interdum deueniendum est cum duobus ascendentibus quodq; cum manu directo: z quandoq; cum sinistro: z in volta sicut de ense solo.**

De ludo ronche: z alabarde: que fere eiusdē equalitatis: ac similitudinis sunt. Cap. xl.

C Roncha: z alabarda similia arma sunt: z inter ludū partesane: z aze de eis ludendum est. Quoniam interdum cum sectione: z alias cum puncta venire debet licet pro maiori parte cum puncta agamus sicuti de aza: z itidem reparare oportet. **C** Roncha ferrum ad scidendū continet fere tāq; securis macellarioz: cuspidem quoq; anterius: z in alio etiā trāuerso paucā cuspidē: z rōcha longius hz ferrū. Sed nō tā latū.

De speto.**Cap. xli.**

C Spetū comuniter cū puncta iacitur licet aliquas acutas aures teneat: ac reuolutas in modū mediū arcus anterius: que de reuerso: aut sectione abscondere possunt ē arma fortis. habet enim locū reparandū cum auribus quodcumq; telū longū: aut breue tū superius: z tum inferius: z quandoq; in trāuerso. **C** Spetū taliter in manibus manere debet quod vna auris in altum respiciat: z altera in imum vt in voluendo ipsum aliquantulo in trāuersum veniat: z alterius telum recolligat. **C** Autum contum habere debet in inferiori parte: vt cum eo ferire possimus q̄ duo speta veniunt ad se obuandum cum auribus aut quod spetum in terra aliam armam iussit sive firmauerit vt pote lanceam longam: z tunc aduersarius ad se iungendum veniret quod possimus ipsum conto percutere. **C** Facilitē spetum potest contra quācumq; armam configere. In cuius tamen oppugnantiam assumende sunt chirobece malliole de apprehensione p̄ptere: quod aures speti secāt. Pro maiori remedio aduersus banc armā dū quisquam cū alia arma iuenerit que eiusdē speciei nō esset: dicimus accipiendū esse vnum lancionem curtū cū vna cuspidē in pre superiorī z cū alia in inferiori: z similiter vnam partesanam aut ginettam ad iaculandum: z quumprimū iaculatur quod attingat ad feriendum cū lancione: z si tantūmodo lancio fuerit: ponende sunt manus in altū: z puncta lancionis aliquātulo in imū erga aduersarium directa: z illinc vnus ictus iaciendus. Si enim qui spetum tenet aliquid scit ictum recolliget: z punctā lancionis in terrā ponet desuper cū speto onerado.

Secundus.

CEt in remedium eodē instanti per partem exteriorē: qua contus nostri lancionis manet opus est cur-
rere ad coniungendū nos cum aduersario aut conto feriendū. **C**ures spem magne esse debent nō dire-
cte: sed concaue quasi in modū mediū circuli: et in loco vbi primitus initio diuidunt ex principali puncta mul-
tum deuiare esse debent: et postmodum danda est volta: per totum satis scidere debent preterq̄ in illo p̄-
cipio ob causam q̄ currere queant per telum aduersarij ad feriendū ipsum in manibus: aut quouis alio
membro. **C**isto modo ita vt de spero fieri potest vna leuis lancea ad ducendū pedester: vel equester: quo-
niam faciliter alterius arma deuari potest: et semper hostis aliquo trium punctarum iactu quatitur siue ac-
certantur: Etiam contra bruta animalia spetum hoc modo factū: et quod firmum sit est arma ceteris secu-
rior: Nam citra modum feriendi: et quod ictus non fallit animal retinet: quā ad nos ruat: quous scrociſsi-
mum fuerit: deniq; a se decerrandā facillime cōtra talia arma vt spetū: dum vnusquisq; in modo suo armā
dus efficitur: et in modū est alba arma inductiua cape: vt thoracē cor: et etū in vulgari denominatum: et de offen-
sibus: anchā cōtra q̄ arma spetus resistere nequit: verūtamē in simili modo plandi boies fortes nimī
um sup debiles preualent. **C**Alterius aduertendū ē in ludo istius speciei armorū: q̄ semper spetum ipsuz
directū ad manus: vel pectus aduersarij deducatur: nō enim in modo trāuerso velut alia arma lōga: que
in vulgaria idiomatis lingua bastata deno- minari solent: sicut anchā: quoniam similia arma faciunt reparum
deueniendo per trāuersum: sed spetum tantum cum auriculis resistit: atq; deuiat ictus alterius: et in super
q̄ principalis est: q̄ cum speto oportet assidue attentos esse ad tenenda arma aduersarij foras: hoc ē quo
spetum nostrum vadat directum ad psonam alterius: et suū veniat per trāuersum ad nos: vnde aspiciendū
est: vt prius capiamus spetū alterius cū nostro: quā ipse nostrū capiat: ictus siquidē sunt agendi semper re-
cti ad manus: ad pectus: vel ad faciem eo q̄ in hoc modo est difficile ipsos reparare. **D**e ictibus singula-
ribus vero ad inimicā nocēdum cum his armis pauci sunt magnum secretum habentes cum p̄cipaliter
cū talibus armis: seu speto vulgariter loquēdo ad reparandum: atq; ad deuiandū arma alterius attēden-
dum ē. Verūtamē dū ipsa deniamus: aut cū nostro speto affirmamus velocissime absq; mora tēporis si
dici potest brachia sunt recolligenda ad nos: siue retro: et quod in eo instanti cū cuspidē ad faciem alterius
proiciatur etiam simul cum brachijs possit vnum passum: vel saltū retrocedere: et hoc ē agendū sit cur si
milibus armis si vult alter nobiscum coniūgi si fortassis validiorib; mēbris nobis sit: et si alter similes ictū
agere vult in eo tempore vnum gradum retrocedere debemus super latns tamen.

CDe certamine duarum partesanarum.

Cap. xliij.

CDecerrando cum duabus partesanis accomodatius est vnā ipsarum tenere in manu sinistra dire-
ctam ante corpus nostrum: et quod ferrum ipsius superius aspiciat eo quod si alius nobis iaculatur possi-
mus cum vnā aut cū alia ex nostris partesanis reparare si autem nos primuz iaculamur telum nostrū su-
per latus dextrum alterius dirigendum est: nam vel reparare nequit: vel sibi tantum fastidij impendemus
quod antequam expediatur locum adinueniem; nocendi sibi cum altera partesania ambabus manibus
apprehensa. **C**Si enim nos aliquam imbrazaturam scilicet defensibilem armam habuerimus veluti pel-
tam: rotellam: dargam: parmā: scutū: siue clypeum: et alter armam suam duabus manibus apprehendit si
militer nos duabus manibus nostram accipere debemus quod equestres vel pedestres maneamus.

CQualiter conseruare nos oportet si armam longam contra breuem haberemus: aut
econuerso.

Cap. xliij

Tenendo armam longam contra breuem bonum est spissos ictus peragere. **N**ihilominus fienda est
custodia quod si aduersarius nobiscum coniūgi volet inueniatur semper cuspidē arme nostre in pectore ei;
quocirca oportet vt sepe numero retro aliquos passus inmutremus. **S**i vero nos telum breue ad-
uersus longum tenemus vplurimum ad posteriorem partem ambulandum est: et alias reparare decet
et tunc velociter ad alium appropinquare telum suum deuiando. **E**t si sagax fuerit malum medium vel
oportunitatem adinueniemus.

Quali astutia vti possumus dum nos pedestres manemus: et alium equestrem expectare volumus.

Cap. xliij.

Cum aliquis pedester manet: et equestrem expectare intendit ambabus manibus telum assumi debet et anterius extendi. Quod si telum parumper longum fuerit ut cuspis in terram tangat firmiter stare oportet quo usque per spatium quadraginta: vel quinquaginta passuum equester veniat: et tunc cum vna manu duntaxat lancea nostra tenenda est: et cum altera iaciendum contra equestrem aliquod leue telum lapidis: aut his similia: et quum circa nos attingit redire debemus ad capiendum lanceam ambabus manibus velociter: et ad deviandum cum nostra arma alterius cum gradu a latere. Et non debemus pergere super eadem parte nostra: quam antea tenuimus. et dum hostis transit percutiendus est ipse: aut equus eo quod festinatim ipsum persequamur: tamen semper ad deviandum arma sua recordaturi sumus veniat quomodoque voluerit. Si autem equum vult voluere oportet quod prope ipsum adsumus: nec permittamus ut voluatur ipsum vulnerando. **E**t si equus cum maximo rigore ad nos venit necesse est in capite eius tangere cum arma nostra: et quod per transversum saltemus semper duos ictus eiciendo sicut de aza agere solemus vnius ad feriendum hominem alterum vero ad feriendum equum. Et per hanc viam cum vno solo ense contra equestrem nos defendere possumus: tamen si lancea mediocrius melior sit: et in hoc certamine nullo pacto effugere debemus. preterquam in transversum deviare dum tempus est: tamen non ostendendo vnde nos deviare velimus: et is qui equester manet parum de trimenti contra pedestrem inferre poterit. Sed pauci inveniuntur pedestres sufficientes animo ad preliandum contra equestres. Bemum si recte aspicerent sufficienter possunt. nam posito quod cadant quod ultimus est in terra facientes facillime possunt cum ense per partes inferiores equum inimici occidere: presertim si arma defensiva induta haberet: et equester est sine lancea: quia cum armis curtis difficillime ad terram attingi potest. Qui vero equester manet debet vnum ictum eicere: seu breuem obuiationem agere. Alterum vero longum licet quod pedester manens potest semper telum suum porrigere: et hoc modo potest contra equestres expectare in quacumque terre dispositione: dummodo quatuor: vel quinque passus de latitudine: vel spatio habeant. **Q**ui autem equester est decet afferre lanceam quod possit per dimidium vna manu duntaxat gestari. Et dum iuxta pedestrem attingit fingere ad iaciendum vnum solum ictum. Dum vero pedester ipsum deviare vult recolligendum est brachium cum arma aliquantulo retro: et eodem puncto alius longus ictus fieri debet: qui facillime adversario nocere potest. Et si lanceam portare volumus cum ferro ad partem posteriorem causa feriendi alium dum equus noster transit pariter concedens esse apparet alios duos ictus excutere si fortasse pedester primum ictum deviat: et idem inter duos equestres fieri potest.

De quibusdam ictibus principalibus in quovis armorum genere

Cap. xlv.

Tandem ponimus maiorem partem principaliorum ictuum in quibus principale fundamentum esset faciendum: et ita dum solum enses habemus: ut quum arma defensibile in altera manu tenemus in primo ictu minari debemus siue ostentationem agere attamen curte eiciendo: et semel retrahendo posterius et alias per transversum. **I**n primo ictu vtile est agere vnum passum per dexteram partem membra nostra quarum poterimus prolongando. Et quod iaciamus ad brachium aut supra manum alterius vel manum dextram siue stochatam: aut punctam in sinistram manus. Sed melior est stochata quia potius attingere solet: et adhuc nos magis possumus supra tergus nostrum declinare. **B**umque ad manum alteri inuadere volumus: in primis putile est manus sinistram committere: et quod ad dextram partem nostram trahat: et eodem instanti quo alter venit cum dextro ictu ad manum suam eundem est. **Q**uum ad manum adversarii ire volumus initio vtile est manum reversum committere: et quod parum trahat: atque ipsomet tempore quo venit debemus nos cum manu dextera ad manum suam ire. **C**ustodia siue modus manendi ad defendendum in armis nulla proxius est tutamini si nos claudere volumus ad perditionem declinamus: et hoc evenire solet quod septem numero magistri gladiatores aut qui in armis funguntur officio edocendi alios turbantur: et iacturam recipiunt quoniam in custodia reclusa se immittunt. Et quo ad veritatem sicut in palestra nulla apprehensio est tuta: nec armis reperitur securam custodiam: Quamobrem nobis comperit quod semper e converso: quod hostes eamus: et telum cum facilitate portemus: ut semper nos precedat: partes discooperatas inquirendo: et ubi adversarius minus sit continuo leviter ambulandum: et sic hostis non potest tam cito no-

Secundus.

ueri quin ipsum sentiamus: et tempus non habeamus ad nos reparandum. **¶** Et de hoc modo gubernandi per sonas nostras in illo quod facturi sumus dum palestram agere incipimus melius: quam in alio loco exemplum capere possumus: que regula ad omnia exercitia pedester aut equester manendo intelligitur.

¶ Quantum vtile sit contrapassare: aut passus in latera dirigere.

Cap. xlvj.

¶ Pedibus ac manibus dissimulare bonum est. Nam firmiter manendo possunt nobis facillime offendere: et etiam quod duz moueri volumus noticiam damus de illo quod facturi sumus. Quod si temperate ad quas cunq; partes ambulamus nesciunt penitus quam conclusionem acturi simus. **¶** Due guide aut vero ascendentes qui de manu sinistra veniant vtilis sunt tamen de parte dextera cum puncta vel guida ad brachium aduersantis redendum est quoriscunq; duo ictus simul veniunt primus eorum adeo longus esse debet quod timore det aduersario: et et vt videatur nos extendere brachium in sufficienti quantitate. Sed vltimus ictus velociter est fiendus: et quantum possumus omnia membra prolongare debemus. Si vero ad inferiores partes iacimus corpus nostrum declinare debet: et si ad superiores subleuari tutum est vnum reuersum siue guida ad caput faciendo passum supra nostrum dextrum pedem: et tunc punctam: vel manu dextrum in sinistram partem alterius ducere debemus.

¶ Quampericulosi sint ictus manudextri.

Cap. xlvij.

¶ Ensis decertando ictus manudextri periculosi sunt: Dum enim ipsos agimus discooperiti remanemus: Nihilominus duos simul adducendo in similitudine de descendentibus: et quod non declinent ultra circumram tui fieri possunt aduersus quemcumq; hostem: Sed versus anteriorem partem: et non ad inferiorem sunt dirigendi hoc intelligitur quod ensis noster firmari debet pariter vel circa cum cintura retinendo ne inferius veniat: Verumtamen quod in modo rote iterum superius redeat.

¶ De quibusdam manudextris: ac de alijs ictibus.

Cap. xlvij.

¶ Agendo vnum dissimulatum ictum: et satis longum versutia approbatissima est: et quod ipsemet ictus vadat in girum per partem sinistram ad percutiendum in faciem: aut vero per prius manureuersum ad tibias committere decet: Deinceps vero ad guidam in sinistra parte faciei. Si autem tibias vulnerare volumus: primo manureuersus debet in faciem dirigi: et quod ensis redeat cum volta ad tangendum tibias: aut quod in primo guidam faciamus per sinistram partem in vultu: et cum reuerso ad feriendum per inferiorem partem voluatur: vocamus guidam ictum qui inter punctam: et ascendente se habet. Et animaduertendum est ne duo tempora in his duplicibus ictibus faciamus nisi vnum duntaxat: et interdum excuri debet ad caput cum ictu qui dimidia stochata: et dimidia guida sit siue inter vnam: atq; aliam istarum: et quod ad aliam partem voluatur cum eodem ictu in vno solo tempore. At vero ad partem sinistram incipiendo melius est omnino.

¶ Quos ictus agere debemus ex quo enseni attrahimus.

Cap. xlviii.

¶ In attrahendo seu euaginando enseni primum cum pede sinistro iacere debemus et magnam ostentationem per caput agere atq; eodem tempore enseni declinare: et quod puncta eiciatur ingrediendo cum pede dextro ad coniungendum dum nos sicuti cum aza agere solemus et cum puncta ad pectus iaciendo in vno solo tempore difficiliter reparari potest tamen temperate ambulando eo modo quo cum lacea longa in vno solo tempore duos ictus agimus: scilicet primum breuem: et secundum extensum. Similiter cum ense due stochate sunt siue de quaz vna breuis et per partem superiorem: altera vero longa: et quod potius inferius vadat. Verum sine sectione temporis nisi quod manus duntaxat aliquotulo voluatur.

¶ Quos ictus agere possumus dum in certamen ingredi volumus.

Cap. l.

¶ Qui cum aduersario coniungi vult debet iactum manudextri agere maximam furiam demonstrando

quod inferius tendat et non trahat nimium ad sinistram: et quod partes nostras superiores discoopertas dimit-
tamus: propterea quod si alius venit ad feriendum per caput nos vno gradu anterieus ingredi debemus cum
sinistro pede et longos passus agere: et quod ensis noster ad reparandum enses alterius vadat. Si vero peltam: aut
similem armam defensivam tenemus ire debet ad tagendum caput nostrum: et ensis ad scindendum brachium hostis.

De duobus manudextris.

Cap. li.

Faciendo duos manudextros aduersarius communiter per partes superiores contra nos correspondet:
et sic ad dimittendum temporis ultimus ictus non debet ultra cincturam declinare. Sed quod ex inferiori ad
superius cum ense nostro ad nos cooperiendum vadat.

De duobus manureuersis.

Cap. liij.

Siquis cum duobus reuersis manus sinistris ad aduersarium appropinquare voluerit priusquam manure-
uersum finiat diuertendus est ensis noster in custodiam ad resistendum sue arme: et eodem momento est
ingrediendum cum ambobus pedibus ad nos coniungendum.

Qualiter possumus leuiorem enses agere.

Cap. liij.

Quo leuiorem enses inueniamus cum quo decertare velimus per aliquod dies ante frequentandus est
alius multo grauior: pariter et illa die ante conflictum vno baculo: vel ferro ponderoso vti debemus: ut bra-
chium in dimittendo hec grauia contentum: ac leue inueniatur cum arma leuiori: quam sibi postmodum preberimus.

Quod sit utilitas habere manubrium ensis longum.

Cap. liij.

Utilitas reperitur dum manubrium ensis longum tenemus: quod anterieus leuiorem ipsius reddit: quam quam
plerique in hoc errare soleant ponendo ponum grate imaginantes in hoc leuiorem enses fieri. Et quo ad
veritatem magis deuiatur in parte anteriori si vnum digitum prolongamus de spica manipuli: quam si in po-
mo poneremus vnam libram ponderis: et hoc in bilancijs palam fit: quam in pauca longitudine: maxima ex-
peritur differentia: tam est pro quibusdam alijs bonum est manipulum ensis: vel mucronis longum habere. Nam
quis enses breuis sit si aliquanto bellum durauerit debemus ipsum ambabus manibus apprehendere: et
tunc ponenda est cuspis versus alterum: et quod breues ictus faciamus quasi in modo descendendi: et interim
brachium nostrum extendamus. Quamprimum vero adiungere volumus vna manus est dimittenda. An-
de aduersarius discoopertam accipere potest. Similiter si alius aliquanto defessus est: et nos fortem enses
tenemus percutiendo in ense suo ambabus manibus facile est ipsum enses prosternari. Et hoc utile est cum
mucrone sine stoccho dum equestres manemus: et eo tunc habena longa tenenda est: et quod dimittamus alterius im-
perum abire: ex quo oportet mucronem nostrum: vel grauem enses ambabus manibus assumere: et tres:
aut quattuor ictus veloces iacere in alterius stocchum: vel in aliam discoopertam partem.

Quantum utile sit armam longam afferre.

Cap. lv.

Qui cum ratione scit armis vti ipsas parumper longas gestare debet quod saltem tanto melius aduersa-
rio se habet quanto longiorem armam tenet eo magis dum absque armis defensibilibus manemus: et of-
fensibilia quoque leuia esse debent quod ipsa possimus subijcere: et cito manipulari quocumque tempore voluerimus.

De hielzibus: aut crucibus ensium.

Cap. lvi.

Hielzi siue cruce ensium longi esse debent: ut fere totum brachium regant: sed intelligit: quod homo recte sciat
ensem: et brachium in directum ducere: et non debent esse grossi ut grauitate ensi non impendant. Et quomodo

Secundus.

hielzys non potest scindi: nisi fortuito id acciderit nequaquam oportet ipsum grauari fieri. Nihilominus per totum possumus ipsos temperare preter cassiam: vel aperturam per quam spica ensis ingreditur. nam illa tenera restare debet: et paulatim grossa ne forte rumpatur. Quia in alio loco non est periculum rumpendi. Verum tamen per totum in mediocri subtilitate esse oportet.

Quatuor vtile sit hominem assue fieri ad operandum cum manu sinistra.

Cap. lviij.

Comendamus illum qui leuam manum haberet in consuetudine dum ad decertandum inter duos devenitur quod in principio cum manu sinistra ensis capiatur pluribus de causis. primo quod homo potius super se manebit eo quod minus confidet. secundario quod in transferendo ensen ad manum dextram inuenimus manum quietam: vel validam: et locus iam fessus aliquantulo: et adhuc timet novitatem illam aspiciens etiam aliud: quia quum brachium sinistrum curtos ictus projicit capiendo ipsum cum directa manu hostis non reminiscitur tam cito ad se recolligendum: et cum his duobus ictibus de quibus superius mentionem fecimus quod in modo circulationis vadant: et quod duo tempora non fiant quasi impossibile est non percutere alium: si modo retro non saltaret.

Quos ictus manus sinistra agere debet.

Cap. lvij.

Manus leua semper ictus manureverfos: et manudextros facere debet qui dimidium fundentes sive descendentes sunt: et ictus ascendentes semper ad partem dextram adversarij sunt dirigendi: quia transendo in alterum latus dimittimus partem nostram sinistram discoopertam. Itcirco communiter super pede nostro directo in simili conflictu ambulandum est intelligitur dum ensen in manu sinistra tenemus: et si in dextra penitus everso ituri sumus.

Qua de causa duos ictus agendo tres sint fiendi.

Cap. lviiiij.

Quotiescumque duos ictus simul administramus tres quoque agendi sunt: nam primus ictus annuat: sive lacessit ad irritandum hostem: et secundus ferit. Tertius vero redit ad nos preparandum: vel cooperiendum: et iterum duos manureverfos iacere debemus: et quod illico nos recolligamus sive ad nos iungendum eamus.

Quomodo unusquisque in principio super seipso pergere debet.

Cap. lx.

Initio decertationis advertendum est namque eo tempore quisque sere deliberato animo ad nocendum inimico inirit: quo quodam instanti multum agere poterit: quod totis viribus: ac leuitate deficit si ipsum paululum defatigare sinimus:

Qua ratione cum promptitudine ictus fiendi sunt.

Cap. lxi.

Mensura armorum que portaturi sumus conformanda est nostre fortitudini ac modo quo ipsa ducimus atque utimur in tali exemplo: portamus accinctum enses et de se est ad finem procul hostem tenendi. Sed quum de proprietate ensis aut nostre consuetudinis accinctus et coopertus fertur ne nosmetipsos sauciet atque alium quod non sit ex nostra voluntate tam longus esse debet ut absque quod discingatur a vagina extrahi et in ipsa reponi queat. Ideoque penes hominum magnitudinem vel membrorum longitudinem uti debent longioribus ensibus aut brevioribus. Alia arma quibus utimur: tum de fine: et tum de medio: quisque homo parue stature sit si valde fortis potest ipsa longa ducere et exercere: ita ut quisquam alter qui sit magne stature aut parum differenter. **M**ucro seu gladius quo interdum in hostium altercatione uti possemus edificatus est ad sciendum panem: carnem: et huiusmodi epulas pariterque ad nocendum vel ferendum quando si mul manemus: et sic paruus esse debet. **P**ugnale de principio medio et fine fere ad iumentum est pro quibus preliantes ad brachia deueniunt: et ibi de necessitate debet esse cursum ut bene ipsum operari valeamus. **E**t hic non ponitur mensura duorum aut trium digitorum plus aut minus de longitudine nisi quod decenter operari possit circa locum in quo reperimur. Et quod non sit regula precise de armorum longitudine deceter ostenditur quod qui ea aliquantulo longiora fert contra hostem superantiam habet: si non esset: dum valde vniui ubi brachium non potest expeditum ictum ad ferendum adducere. Unde in tali casu pugnale quanto breuius tanto melius. **E**nsis duarum manuum quasi longus esse debet usque ad nares aut oculos ipsum ducentis ne in terra tangat cum ictibus ascendentibus aut descendentibus: licet quod qui ipsum circūuoluere scit experire operari potest absque quod in terram tangat. **A**za tam longa esse debet quam homo qui ipsam ducit sursum potest manum extendere. Attamen ex eo quod qui scit eam ratione exercere semper trahere debet cum puncta superius vel inferius aut parum vel nunquam de maza preterquam in modo minandi iste potest longam azam ducere et tunc melius. **N**ihilominus intelligitur quando ad singulare certamen deuenitur. Namque inter multos simul decertantes sepe precipiunt arma que habemus et est quicquid a cetero: et quicquid a dimidio tela capiunt.

C Parrefanastū vna māu: z tū ambab⁹ accipit: z si ambab⁹ p⁹ ptū ē capiēda: lz qđ partifana appropia
 ta ē ad portandū cū rotella aut simili imbrazatura vel scuto. Tunc enim cum vna manu: z de medio fer-
 tur vbi fere iunctum preliantes inueniuntur. z multi ictus iaci possunt quos cum longo telo non possemus.
Sinetta aut lancea expediti equitis vel breuiter armati si ipsam ad obuiandum volumus longa ense de-
 bet ac firma intantum quod bene ipsam agitare possimus cum vna manu: ex quacunq; parte acceperim⁹
 sed dum varios ictus iacere volumus in modum leuis pugne dirimere aduersario confictum nec ad nos
 ipsum appropinquare sinere cum ense stoccho scimitarra aut quouis alio simili telo curto seu breui in tali
 casu lancea esse debet tredecim aut quatuordecim palmorum longitudine: z satis delicata lancea vero mi-
 litis greuis armature longa atq; firma: Quoniam solum ad obuiandum seu incontrandum in confictu
 vtuntur tantum quod facile subleuare queat supra musculum poni in resta ac distolli. Quanto autem lo-
 gior tanto vtilior quia obuiare siue incontrare possumus priusq; aduersarius vbi suum incontrum perdit.
Pedestres lanceis longioribus vti possumus. **M**aza talis ponderis: z longitudinis esse debet quod
 cum vna manu ipsam deducere possimus dum equestres sumus: sed qui scit duabus manibus ea vti lon-
 giorē ferre poterit sibiq; maius beneficium resultat. **M**ucro seu stocchus fere conformandus est ensi
 licet quod aliquantulo longior esse potest semper enim punctim iacit. **A**lia arma vtpote dardus ad ia-
 tulandum ad placitum aut contra aduersarios esse debet paulo magis vel minus longior nobis q̄uis ad
 a' tercanones longior esse debeat. **R**oncha tanto longior aza quanto leuior: z adhuc magis quoniam
 pluries punctim trahit nunquam vero cum calze: z fere semper ex conto aut ibi circa capitur: z simili mō
 operaturi sumus in quocūq; alio telo aut conformitate siue factionis: z modo quo ipsuz capturi simus.
Quando preliari accidit de vno ad vnum aut de paucis ad paucos qui fortis est: z parum dexter cur-
 tum telum ac ponderosum eligere debet. propterea qđ cum curto non possumus tanta arte vti vt si aliqua
 tulo longum. Ars enim facile ponitur in leuibz: z vix in ponderosis: z cupiens vnus cum alio se adiunge-
 re debet ponderosum ac longum eligere. **N**āq; aliquantulo ad latera diuertēdo in terram vadit aut telum
 procul tendit anteq; ipsum recolligere possumus: z tunc locum habet ad se coniungendum. **L**euiana
 ad quamlibet partem recolligitur: z continuo anteponitur si ambo preliantes parum sciunt de tribus aut
 quatuor digitis plus aut minus reli longitudo parua interest. nam semper ad feriendum cum medio ense
 intrant atq; cum ictu deliberato. Sed qui magnam artem complectitur per vnum digitum qđ sit reli lon-
 gitudo magna est sibi superantia siue securitas. Et si punctum iaciunt absq; quod sit destituta brachia re-
 deunt ad recolligendum in se telum: z ad iaciendum multos alios ictus. Quod si vnus dexter est: z telum
 aliquanto longius tener: alter vero pauce doctrine: z cum breuiori telo qđ sit telum hostis magna est superā-
 tia illius qui sciet: z habita arte q̄uis breuius telum capiatur potest homo se competenter defendere ma-
 xime contra paucam cognitionem habentes.

Quo pacto sella esse debeat ad decertandum.

Cap. lxxviii.

Sella ad decertandum par super equo esse debet nec ante nec retropēdens vt nos adiuuare possim⁹
 ad quacunq; partem voluendo: Quāquam nōnulli velint quod sella anterior pendeat precipue ad iustrā-
 dum vulgariter dictum vel ad obuiandū cum grossis lanceis. **A**lij fortasse: meliores magistri longe econ-
 trerso sentiunt qui sic aiunt quia scutum cum ceteris armis anterior pendet si sella eadem vīam sequeretur
 cito quisq; defatigaretur. Et vltius hoc modo videlicet si sella anterior penderet minime lancea magna
 deferri posset. Et etiam q̄uis per directū super arzone posteriori in obuiatione non reuertat cito vacillat
 z ad latera cadit qđ nō fit quando sella retropendet: z bonuz locū sedendi habet: z hoc mō possunt tuto
 arma seu greua portari: z cum panco labore. **N**am si greua sunt ipsa arma satis oncūt hominē anterior.
Attamen in puncto obuiationis ad anteriorem partem inclinari debemus. **A**d decertandum in prelio
 saltem aliquanto posterior sella pendere debet: z quod lata sit seu spaciōsa ex arzone ad arzonem eo qđ
 possumus ictus effugere: z in nobilissis assistere quod non potest esse dū sella stricta erit: z anterior pen-
 det. **S**oportet autem quod sella optime comprehendat latera equi: z sit bene accomodata atq; vndiq;
 succincta ad hoc quod firma super equo maneat.

Sella aruigerorum grauis armature tantum spacij habere debet q̄ veniat homo ad sedendum in dimidio duorum arzonum in parte posteriori manentium: et q̄ arzones cum volta veniant fere sicut o sella ginetta qua nunc hispani atq; aphyricani in equis leuibus vtuntur eo q̄ totam personam equaliter comprēhendit: et quemadmodum longa debet esse similiter: et lata: vt secure volui possimus: et q̄ inter puncta arzonis que ex posteriori parte ad anteriorem prouenit per latera ad que genua nostra vadunt quod vulgari idiomate vtrum nuncupatur satis distantia esse debet vt facile equitare valeamus: et ab equo exilire. Ad enim ex hoc occurrit periculum cadendi: quoniam homo est nimium inter posteriores arzones positus: et arzones alti esse debent: et quod puncte anteriores equales sint cum parte dimidia hoc medium est illud quod ad terqus nostrum tendit: et arzon anterior aliquāto ad collum equi pendeat: et altus sit atq; larua vt nos a punctis ensium defendat: et ab obuiationibus lancearum q̄ ad aluuz nostrum venire possunt vtri hoc est pars que genua nostra per anteriorem partem tegunt: et quod vtri inferius longi atq; concuati: et conuerti sint vt genua nostra sub ipsis arzonibus ingredi: et cooperiri queant ac porrigere: et colligere tibi. Similiter arzon posterior debet esse latus seu copertus in illa parte qua solemus eo quod hostis in nalis vel cruribus per posteriorem partem cum aliqua puncta nos vulnerare nequeat: et q̄ locus sedendi sit illo modo quo sit de sella ginetta siue hispana tamen nollet tantam voltam habere: et quod sedile alti⁹ veniat associando ac fortificando lumbos nostros. Et hoc modo sella fortis segura est: et si sella ginetta aut leuis armature fuerit arzones quoq; posteriores longos expetit vt homo in ipsis intus stare queat.

Sella leuis armature nollet nec ante nec retro pendere ad decertandum sed quod locum sedendi in dimidio arzone posteriori habeat.

De sella instrandi siue obuiandi.

Sella obuiandi quam nos penes maternam linguam de iustra vocamus aliquantulo ad posteriorem partem declinare debet quemadmodum superius diximus vt pōderosa lancea subleuari atq; portari possit: et minus pondus armorum sentiri. Hec itidem sella sedile habere debet in dimidio arzonis: et quod locus sedendi incipiat fere equaliter vbi puncte arzonis attingunt vt associatum hominem in altum veniat: et arzones in girum eant taliter quod equaliter personam nostram accipiant: et vndiq; sella equaliter nos tangat licet tamen retro aliquanto magis: et tunc ictus minus sentiunt. Quumq; arzones ita longi sunt nullum est cadendi periculum. qm̄ autez homo non est in cursu ad obuiandum potest in infima parte selle assistere sed dum eleuatur ad obuiandum cum lancea eueniunt nalice fere in altitudinem dimidij arzonis in quo locum suum concuum reperiunt: et in eo instanti obuiationis parumper anteri⁹ ē inclinandus.

Qualis eē debeat sella ginetta qua hispani atq; aphyricani afferre solēt. Cap. lxxxixi.

Selle ginette vel ad leuiter equitandum more hispano vtrplurimum quendam magnum defectum habent quoniam puncte arzonū valde infime sunt: et ob hanc causam parua occurrente obuiatione vel quouis alio inconuenienti seu infortunio prosternant. Quapropter debent esse fere equaliter alte puncte cum dimidia parte posteriori aut quod satis comprehendant crura nostra eo quod ad latera: et nō per dimidiū arzonem ad partem posteriorem cadere solemus ita quod latera de altitudine arzonum prouidēda sunt: et omnes duo arzones alti sint anteriores scilicet: et posteriores eo quod potest homo secure attolli quanto vult pariterq; ab ictibus obseruari. arzon vero anterior versus collum parumper pendeat. In hac quoq; sella parum de vtro esse velle in quo genua firmari queant ne ab obuiatione cadatur aut quauis alia aduersitate sed in anteriori parte vtri pendere debent vt possimus tibias recolligere. Nihilominus necesse est quod locus sedendi in sella: et arzones vbi tangere possumus omnino teneri sint: causa quod tangendo ipsam suauem inueniamus: et ad huc obuiatio minus sentitur. nam si dura est quouis ictu detrimentum impendit. Hec autem sella habere debet vnam cingulā scissam in extremis partibus cinguli: et quod integra sit in dimidio vt vna pars veniat ad colliganduz se sub arzone anteriori: et altera sub posteriori. **A**d de

ducendū firmam personam nostram ac lanceam decet arzonem posteriorem optime concavus eē in dimidio vbi filus tergi nostri protendit quia dum in ea parte tangimus cum aliqua furia nos vacillare facit. Itcirco diligenter respiciendum est quod arzones posteriores in forma rotunda faciamus quibus ex parte exteriori habent ostentationem quod plani sint aut non adeo rotundi.

Quantam aduertentiā circa equum habere debemus.

Cap. lxxxij.

Equus bene ferratus esse debet: et quod in ferris aliquos rampones vel punctas temperatas seu fortes habeat ne pedes diffugiant vel labentur: sed vbiq; apprehendant: et decet forte esse equum atq; animo sum eo magis dum equus cum equo appropinquaturus est: et simili diligentia in quibusq; alijs partibus occurrentibus vti debemus. **E**quitare curro modo comuniter vtile reperitur. **M**aior eniz vis in tibijs ac per totam personam reperitur lanceas quoq; maiores portare possumus: quanquam nonnulli dicant pulchrum esse longum siue extensis tibijs equitare. Sed in re non tantam firmitatez habet. **M**odus decerandi vel currendi scilicet militis contra militem cum lanceis tantum merito instare nuncupari potest quandoquidem pro rebus equalibus aut sine disgregatione iustū vocabulum habemus vnde iustus iusta iustum dicitur: tum etiā pro vna re propinq; cum alia manente adverbialiter iuxta dicimus idest propinquata. Et quia miles saltem in ludo obuiationum cum lanceis vbi nulla alia arma offensibilis occurrat duntaxat attendit ad instandum vel recte dirigendam lanceam suā versus alterum militem. Ideo ab hoc exercitio instandi idest appropinquandi recte iustator dicitur: et operatio ipsa iusta seu iustura.

De modo obuiandi cum lanceis.

Cap. lxxxij.

Melior modus obuiandi apparet dum discere incipimus ponam⁹ directā punctā lancee nostre ad alterum obuiatorem: et quod semper fixa vel firma eodem modo vadat: et talem mensuram obseruari sumus secundum quod alius propinq; aut procul a nobis venit: et transit. **E**t sic qui censent in principio determinatam mensuram accipere transversatam lanceam: aut directam portare pro maiori parte errant. Quocirca assidue debemus lanceam nostram impugnantem dirigere: et non ad locum per quem ipsum venturum arbitrabamur. hec autem regula iam de ensibus tractando assignata fuit asserendo quod quibus alius contrapasset aut super latera gradum faciat ictum nostrum effugiens debemus nos semper proijceri quo ipse ierit: et cum lancea nullus circulus vel arcus altus infimus nequidem transversus fiedus est nisi q; semper firma eodem modo vadat quāquam alius iam translatus sit. **N**āq; aliter quedam cōsuetudo assumitur qua comuniter fit quidā altus et quidam infimus quod vulgariter alto: et basso dici solet. Et in hoc tempore hostis transit aut quadam baculata: et non puncta ipsum quatimus licet in modo archeti vt in lingua materna dicitur lancea faciliter rumpitur: verum tamen parum detrimenti contra hostem affert quia ad magnum ictum peragendum opus est lanceā recto tramite venire.

Quo pacto equū nostrū instruere obem⁹ vt ad hoc exercitiū accomodes. Cap. lxxxij.

Et fortiores simus in cursu obuiandi deberent equi parūper in transversum currere scilicet quod caput eius semp tela respiciat: et groppa ad sbarrā vel ad exteriorē partē et in hoc modo currendi obuiatio capitur super posterioribus tibijs equi: et homo per dimidium arzonis posterioris vadit qua de re arduū eēt psteruari militem neq; equum. **E**t administrando equum vt hoc modo currat exquiritur vt sinistram habenam capiamas aliquanto breuiorem dextra: et sic agimus q; caput voluat ad telam vel ad locum obuiandi. Si vero equus directus currit obuiatio tangit in latere taliter quod equus non potest de tibijs suis pualere nec miles de arzonibus. **E**t ad deportandum lanceam firmiter rigidum brachium ire debet dum modo manus lāceam non astrinxerit: tunc enim nimium vibraret.

Quatenus thorax esse d; pro hoc exercitio concurrēdi: siue iustradi.

Cap. lxxxij.

Thorax ad obuiandum siue iustrandum spaciosus vult esse eo quod in seipso tetus sufferre queat: dum enim strictus est quisque ictus nobis magnum fastidium prebet sicuti quando calceos novos: et strictos in pedibus tenemus. Quod si cespitamus magnum dolorem sentimus. Et si calceus latus est potius pedem tutatur: sed in iustrando oportet diploidem adeo munitum esse quod thoracem vndique impleat. Mollicies enim diploidis in se maiorem partem obuiationis suffert. Et aduertendum est quod diplois eadem factione qua thorax fiat vt vndique equaliter impleat. **Q**uidam breuem thoracem ferunt causa quod maiorem anhelitum possident. Sed peius est in puncto obuiationis eo quod super stomacho ictum assumunt seu in eo loco ad quem thorax attingit ideo satis longus fieri debet: et quod aliquantisper foras in fimbrijs voluatur sed semper plena cum diploide aut alia veste manere debet: et super stomacho oportet quod alta veniat siue subleuata: et in eo loco non plena vestium vt anhelitus obseruetur: et debet infra stomachum incipere ad accipiendum voltam paulatim exterius. Attamen hoc modo non redditur stricta neque pulchra in cinctura. Sed vtilior: et hic thorax solum de modo iustrandi intelligitur. Nam que ad bellum capeendum facta est non debet tot lanceas diffringere nec adeo grossas: et anterius fortis esse debet. Verumtamen ad tergum quum ibi respectiue parum periculi occurrat subtilis est facienda: et similiter in cuspide vel galea dum bene fuerint elaborate hoc est quod partes anteriores grossiores sint.

De armatura capitis ad obuiandum siue iustrandum.

Cap. lxxxvi.

Cassis seu galea ad iustrandum quaz materna lingua elinum dicimus anterius grossa: et lata esse debet: et quod leuiter in summitate capitis tãgat: tñ quod aliquam faciãtam vel foderam intus habeat ne ferri supra verticem capitis tãgant: et taliter firma manere potest: et similiter duas trãsuerfatas corzigias siue in cruce habere debet vt tutius maneat quod ferrum in summitate capitis sedere nequeat: et pro illis qui in percussione ictus soporantur bonum est subtilem victam fronti alligare que in albumine oui atque aceto madida fuerit aut vero caput duabus victis alligare quarum altera posterius: et altera anterius attrahat hec siquidem directum caput manere faciunt adeo quod non potest in aliquo loco capsidis tangere: tãcti si magnum ictum recipiamus: et ante omnia per totum ipsum elinum ex parte anteriori ponenda est cera eo quod frenius seu clangor qui ab ictu resultat caput impedire nequeat: et ad hoc tela nimium incerata optima est atque in anteriori parte elini in dimidio grossitudinis aliquid de cera contineatur. **N**onnulli oculos claudunt dum vident lanceam aduersarij venire pro quo satis prodest per aliquot dies ante in consuetudinem habere quod cum aliqua lancea super visceram percutiatur: et ipse apertos oculos teneat: et videns non posse a ferro lancee aliquod detrimentum per visceram capsidis inferri animus assumat: et ad hoc bonum est os aperire vt et oculi apiant. Assidue tñ caput alterius prospiciendum est aut vbi lanceas inierrere volumus: et quod manus oculum insequatur: et non oculus manus. **N**onnulli tenent quod semper sit respicienda puncta lancee: et quod de cuspide alterius nullam curam habeamus. non enim obesse potest quo ad transigendum clypeum vel capsidem. Tandem melius est semper hostem aspicere quã cuspide lancee nostre quã gestamus.

De quibusdam ligaminibus vt in sella fortiores assistamus.

Cap. lxxxvii.

Quedam ligature solent diuersimode fieri vt homines in sella fortiores maneant veluti ponendo vnam cingulam vel duas ad similitudinem armacolli sic vulgariter nuncupati hoc est dum enseni accingimur: et eius corzigia supra humerum venit: et ensis sub alio brachio: et he cingule cum alijs cingulis aut fibijs colliguntur quae in cruribus extant: et adhuc hoc ligamentum melius est per duas corzigias quã illigate sint in thorace per anteriorem partem: et retro quae accingantur per humeros: et alia ligamina per trãsuerfum vel a latere.

De munitione ad iustrandum vel obuiandum.

Cap. lxxxviii.

Cingule vel corzigue que ex thorace ad crura vadunt per exteriorẽ partem firmari debent vbi armetia seu crurium armature penant: et ibi cum corzigijs turnis ferreis vel clavis que per interiorẽ partem

Secundus

thoracis ponuntur: et quae foras extant ut sibi ponantur ad allegandum in eis corrigias vel terillos: et veniant due: vel tres late corrigie que sint in cruribus succincte: et accipi debent a quibusdam ferris curuis seu rampinis que in corrigia ponuntur: et ut citius fiat in quouis femore duo rampini esse debent ut vna corrigia ex eis vadat ad colligandum per directum fere quod non dimittat corpus retrocedere: et altera corrigia versus latus ut non premitas corpus super transuersum progredi: et ex qualibet parte hoc fit anteriori scilicet et posteriori: tum etiam retro vna corrigia in quacumque parte sufficit: et quod in transuersum vadat ad se colligandum versus latera paulisper infra scapulas.

De modo ducendi ponderosam lanceam.

Cap. lxxxviii.

Ad ponderosam seu grossam lanceam deducendam bonum est quandam scalam ferream agere que super nodis vel iuncturis plicari possit: et quod super dextero latere colligetur: et sub brachio sit plicata ex ascella usque ad cubitum: et postmodum ponendo lanceam non potest brachium nostrum subleuare nequidem fatigam prebere. Hoc vero instrumentum sub aliqua veste coopertum deducit. Potest etiam de corio vel cingula istud artificium fieri quod idem erit: et quod in thorace alligetur: et deinde veniat sub ascella ut dictum est.

De modo extrahendi lanceam facilius a bursa.

Cap. c.

Ad extrahendum facilius a bursa ut in resta mittat prius in altitudine est tollenda in qua digitus pollex in grossitudine firmandus est super manipulo lancee de quo manus accipit: et ibi locus firmandi digitos agendus est pariterque in transuerso aliqua firmitudo per omnes alios digitos fieri potest: non enim tangi debent rampones ferrei qui in rocceto vadunt hoc est in illo ferro quod in resta firmatur: et resta vocatur ferrum in sinistro latere manens ad portandum lanceas simul cum brachio: et ibi firmantur ut vim magnam agere queant. Et sic redeundo ad manipulum manus debet tota manere supra roccetum. Et ad subleuandum magnum pondus extra bursam ipsa infima esse debet. Maius enim pondus deferre possumus dum infima apprehensione agimus quam si alta. Theuroici vero quodam magno ferro vtrumque in thorace colligato quod posteriori sedet: et ibi lacee calcem sustinet quoniam aptius possit superius ascendere. Sed hoc artificium palam videri potest.

De alio leuiori modo portandi grossam lanceam.

Cap. ci.

Ad portandum grossam lanceam quedam duplex zona ponenda est que veniat ad accipiendum se in vno clauo qui in latere thoracis positus sit: et quod ipsa corrigia cum aliqua forti aluta accipiat: et profone nostre sub brachio connexa sit: et ad cubitum attingat: et vbi lancea firmari debet aliquod corium latus: et grossum sit quod totam illam inferiorem partem brachii capiat: et duo vel tria feltra sub corio posita ne lancea contra brachium dolorem causet pariterque ad gestandum graues lanceas resta alta poni debet: et quod sedile eius optime expeditum sit vbi lancea imittitur ut facile ipsam mittere: et attrahere queat: et spiculus seu partes anteriores sedilis ipsius recte altum esse debet: et posterior pars inferius. Utile est alligare staffilia vel corrigias in quibus staffe vadant per duos aut tres digitos super staffas: et quod veniant ad apprehendendum se in pectorali equi vel in anteriori angulo: et sic non sinunt tibiam retrocedere taliter quod tinnium adiuuat ad deferendum grauem lanceam similiter ad hunc effectum sella parumper retropendere debet: et locus sedendi qui in dimidio arzonis posterioris sit: et ita factus quod homo tanquam pedester seu directus veniat tangendo per torum sedile. Sed quod nalicarum grossitudo sedeat in altum fere in dimidio arzonis non quod proprie sedere dicatur nisi potius inherens cum viribus: et hoc inherere semis erere intelligitur in quacumque sella dum ad obuiandum alteri ire volumus. Attamen non est super sellam eundem valde in altum. Infimus enim minorem ictum suscipit: et equus similiter. Quapropter sella infima aut iuxta tergum equi manere debet dummodo ei non obsit quia altera parua obuiatio magnum detrimentum adducit. Sella iuxta vel obuiationis debet admodum fulciri siue muniri panis aliisque rebus teneribus vbi sessuri sumus presertim in posteriori parte quoniam teneritas illa assentit vel concedit: et ex hoc non sentiuntur ictus ita fortiter: et quod arzon posterior bene concauus sit ne ad tangendum lumbos veniat.

et sic quiete deferretur lancea quia dum in tergo tangit iustrator valde deordinatur. **C** Inter sedile: et arzonem anteriorem habendus est quidam cossinus in modo cervicalis aut vero saccusculus ut facillime cum alutis poni atque eripi possit: et quod incipiat per locum sedendi in sella: et paulatim crescendo veniat superius iuxta alium nostrum: et supra stomachum attingat ut firmitudinem prestet ne lancea gravis cogat nos ad plucandam anteriorem: et adeo longus esse debet ut ex vna clune ad alteram attingat: et ita non sinit hominem extra sellam labi per aliquam obuiationem licet obdormiat. Cossini qui crura committantur fere prope ipsa ire volunt: et qui taliter facti sunt vtri id est lignum ante genua manens et cossini in parte inferiori: et superiori latiores sint quemadmodum cooperiendi coram.

C Quo pacto lancea prolongari potest ad obuiandum.

Cap. cii.

Lancea prolongari potest dum modo thorax super sinistra latere alta vel subleuata fiat: et quod resta illic posita grossa sit: et ortus eius quanto anterior poterit accedat et clavis qua scutum illigatur breuis sit. Nam scutum minus ponderat: et magis seniorum est ad hoc quod obuiet. Maxime vero obseruandum est ne lanceam nostram solam transuersemus nisi quod semper in loco suo degat: et corpus secum transuerset, quoniam hoc modo lancea potius attingit quia anteriori mittitur: et latus sinistrum cum dypeo retro greditur. Soluendo tamen latus cum lancea dum ipsam extra restam leuare volumus oportet brachium fortiter restringi. Redundo ad posteriorem partem lancea magna recolligitur nam si lanceam transuersam remus non associando ipsam cum latere dextro vix deinde leuari poterit in restam: et tunc breuissima erit: et tempore quo ipsa ponitur homo debet corpus super dextera tibia comprimere: et quod sinistrum latus aliquanto anterius pendeat: et directum retro eo quod ad recolligendum lanceam cum resta vadat. Deinceps frequenter debet parumper in sinistra parte onerari ut magnam lanceam eleuare queat: et ex hoc sinistra pars arzonis posterioris: et vtrius anterior de eadem parte debent maius spacium continere quam alij de parte dextera. Qua de re interdum tangendo sub scuto thorax venit cum simbria inferiori ad figendum se per circumciriam nostram: et ideo bonum est ponere ante arzonem iuxta dimidium ipsius vnum lignum vel ferrum siue cossinum. Sicut enim homo declinat ut obuiare possit dypeus veniat ad tangendum in illo ligno: et ita parum sentitur ictus: et in hoc vtile est sellam aliquantulo longam esse eo quod scutum super anteriorem arzonem venit ad se firmandum. **E**t presertim lancea manere debet eodem modo quo prius erat dum supra resta ponitur: et quod sursum: et non deorsum nec in transuersum vadat: et corpus moueatur vbi lanceam dirigere volumus ad obuiandum. Et hoc modo quamuis lancea grossa sit possumus ipsam ascendendo ac descendendo gubernare. Semp. sursum respicit manendo super resta: et declinate corpore simul cum lancea facile potest cum ipsa subleuari: et ipsam extra restam eicere aut super curibus recolligere.

Quatenus mani vtri debeamus: et cum oculo concordet manere ut iactus aut conflictus quos agimus directi vadant.

Cap. ciii.

Bonum vero ad iustrandum cum ratione: et quod semper miles sufficienter iustret dum bene armatus fuerit: et bonum equum ducat aut ad manifeste cognoscendum quando in conflictu accertat aut errat: necesse est antequam ad iustrandum vadat quod ex arte quendam habitum in manu faciat qui tanquam naturalis correspondeat hoc est quod manus cum oculo in quibusque rebus quas agere volumus dirigatur. Veluti balista spingarda cerberana arcus: et similia instrumenta per directum ponuntur ante oculum dirigendo per miram ad locum in quem iacere volumus. Sed si cum brachio iacturi sumus dardum lanceam lapidem aut aliquod aliud telum curtellatam reuersum aut pueram quod sit cum curro vel longo telo non venit manus ad ponendum se ante oculos: et ibi firmiter manendum nam vni per se assumptura ad faciendum ictum necesse est quod posterius voluatur: et confestim ac celerrime anteriori dirigatur in quonulium tempus admittitur ad ponendum brachium siue manum pro mira ante oculum taliter quod ita brachium ratione habitandum est quod de se dirigatur ad iaciendum vbi oculi inspicunt: et propterea non est habenda fantasia quod daturi simus cum telo quo in signum iacimus nisi cum nostram manum quonobis manifesto ostendit quod recte ad signum ire debet absque quod sursum deorsum vel ad latera voluatur. Et ha

bito hoc intentu minus semper dirigit telū qđ iacit aut conflictū quem facit ipsum recto tramite tenendo ad partem quam oculi inspicitur quod si volentes iacere dardū aut lanceam ad aliquod signū lancee cuspidem inspicerent nūquam iustū ictū facerent. **C** Et sic in iustro necesse ē quod semper nos prospiciamus sociū in eo loco vbi obuiare volumus: et manus oculū sequi debet posita lancea in resta absq; qđ ab illa mira distrahatur. Et interim quod alius venit ponens se a latere ire debemus volentes aut transuersantes lanceam versus ipsum: et nō magis neq; minus. **C** Et in hoc loco multi decipiunt dicentes illi quē docere presumūt quū primū abut trāuersa trāuersa ita qđ interdū faciūt ipsuz nimīū transuersare: et soluz baculata: et non incontro hostem quatit. **C** Alias aiunt non tantum transuerses non tantum transuerses: et sic non attingit aliū iustratozem: et qñ accerrat seu obuiat est fortuito: et non ratione prouentū. **C** Cōiter configunt bene omnes quando in solam aut aliud signū sibi in vno palo ponunt: et postea non tangunt in tota persona aut depeo iustratozis. **C** Quidam dicūt talem dispartitatem causari propter metū quem in conflictu habent: et qđ ad in solam absq; timore vadūt. Sed quo ad veritatem aliter est: videlicet quia in sola non mouetur ex loco in quo manebat quando nos contra ipsam currere incipimus: et ideo ad eam ire possumus per directum absq; motionē lateris nequidem lancee. Sed dum cum alio iustramus discedēs volentes ad conflictum videtur qđ manemus quasi de fronte in frontem: et currere incipientes continuo imus ad nos ponendū in sinistro latere hostis: et ipse in nostro maxime dum tela est in medio amborum ita qđ lancea assidue personam alterius aspiciendo tantum ē transuersandū aut per directū candū quātū focus appropinquat aut fugit ex tela: et iustrando absq; tela ad illam partem per quam equus aduersa rij transit dirigenda est lancea. **C** Posita lancea in resta sursum aliquantulo cuspis tendere debet: et nullatenus ab illo signo dimoueri nisi qđ persona solum se dimoueat declinet: aut subleuet: et in declinando qđ deueniat tantum qđ alteri obuiare queat: et qđ illico dirigatur: et hoc modo magnus ictus fieri potest magna lancea decurrit: et vsq; in terram declinari: et denuo subleuari. Dum enim persona dirigitur: secū lanceam extollit qđ fieri non posset lanceam solam declinando. **C** Nihilominus bona esse debet visera. Quia quū miles seipsum inclinat ad hostis obuiationem siue incontrum etiam ponit viseram in fronte quo instāti hostis potest in ipsa obuiare. Similiter volendū est latus dextrum cū lancea quia ipsum valde elongat taliter qđ obuiat priusq; socius intelligimus quando ipse lanceam: et non latus volueret. **C** Currendo hoc modo facile est qđ in terra in muro: aut simili loco lancea dirumpat. Attamen dandus est ictus de arche to in modo verberandi quod difficile esset per directum obuiando. Et lancea esse debet tali ligno dolata. Quod parum ipsam duplicando rumpatur: Verumtamē per directum obuiando multū resistit. **C** Ad fortiter assistendus in quacūq; sella presertim in illa s̄ iustro eques ponere debet dunes: atq; lumbos quāto magis poterit in posteriori arzone: et qđ pedes post directum naticarum veniāt non anterior: nec posterior: et torum bustum collum: et caput parumper anterior inclinatum vt quelibet obuiatio quam in aliquo istorum membrorum egerint veniat ad respondendum super naticis tanquam in re punctilata: et hoc modo non potest iustrator aliquod reuersum capere quod cum vna lancea cognoscitur dum alter alterum pedester cohibere: aut compellere volet vbi taliter manendo si pedes fortiter firmi manent nunq; corpus retro duplicatur. **C** Deniq; qui hunc ordinem obseruabit modum iustrandi percipiet. **C** Alterius causa quod sepe numero in hoc exercitio obuiandi. Destruitur manus in ruptione lancee tutum est in primis aliquem applicare restrictorem vel aliam munitionem manui vt conseruetur.

C Quas proprietates habere debent arma defensiblea vt bona sint.

Cap. ciiij.

C De armis defensibleibus aliquid est inscribendum: que quo ad rationem tres principales partes experunt hoc est quod in primis leuia sint: tata: et exoluta: Quas qđez proprietates raro in armis videm⁹: quibus milites persepe vtuntur eo magis in armaturis albis quas milites grauis armature ducere solent: et qđuis leuia sint pro factione ipsorum maximopere obstant. Verum non satis sunt secura: Quoniam multa loca discooperta dimittunt: et experto scimus: atq; videmus fere ita cito sauciari duos decertantes armatos albis armaturis: ac si in camisijis inuenirentur. Qui vero habiles sunt aliter armari debent: presertim in singulari certamine in hoc loco vel modo pugnandi maius inconueniens esse dicimus: quod quis nimium armis oneretur: qđ si aliqua membra discooperta dimitteret veluti partes posteriores saltem aut

quod leuiter armati sint. Qui enim se gubernare sciet quemadmodum iam prescripsimus facillime tutari potest: ne per posteriorem partem capiatur: nequidem per latera: vt non tantum leuiter armatus per oēs partes sit: et fortiter vbi opus fuerit: Sed lorica ferrea potest satis competenter cū alio milite preliari: quāquam necesse sit ad extra parumper ambulare cū maxima perspicacia quousque ponderosus armis desiciat: aut deordine. **T**ādē d̄ pauco tēpore ad istā ptē plura optia arma sūt p̄ totā europā. Varijs quoque: ac diuersis modis: et nouā idies adiuueniant: Quapropter paz d̄ armis defensibilib⁹ hic dicemus.

De quibusdam armis leuibus.

Cap. cv.

De armis leuibus parū vtiq; ammorabimus: Quandoquidem indies diuersimode sūt: interdū d̄ filo more loricae ferreae: et quandoq; tanquam fuisse calciamurozum: et alias de solis malliolis: siue loricae ferreae: et iam diploides de lata ferrea sūt. **S**atis autem bono modo de armis leuibus fit assumere: ferream malliolam: vel loricae quartū pro quarto: et ipsam supra aliquod telare extendere: et quod suat supra tela: et cū filo forti atq; incerato: et per quodcūq; filū vis imittat sequendo secundū quod lineae loricae vadūt. Hoc autem tempore in varijs locis meliores diploides sūt ex latea calibea q̄ esse solebat de venustis ensibus. Quae de cā fere omnes armatura vtunt q̄q; leuiter armati vadant.

De diploide: et factione sua.

Cap. cxi.

Diplois per partem anteriorem longius esse debet: vt rotas inguines cooperiat: et per tergas satis descendat circumram. Sed non taliter qd̄ impedimento sit: et super ossibus clunū bene incauat⁹ seu scissis: ac de ferreis malliolis vel loricae aut vero de latis lambis sit. Bonū est enim tela cooperitū esse vt possimus inter telā: et ferrū bombicē mittere: et hoc nimū resistit contra oīa genera armorū: et vt magis dissolut⁹: et cooperitus sit in eodē diploide quē portamus imittendus bombix dūmodo de loricae ferreae context⁹ sit.

De Calligis.

Cap. cxij.

At callige: quas portamus fortes: et exolite sint ferreae malliole faciente sunt: et qd̄ liste: vel corrigie loricae ferreae inter pannū calligaz: et foderā eius ponantur: et liste non longiores esse debent: praeter qd̄ qd̄ ad genu vel poplitem attingant seu per tres digitos infra genu: et super ipso genu debet esse lorica in duas partes scissa more furcule ne nobis sit impedimento: et ex genu deorsum liste in coturnis ponende sunt: et qd̄ deueniant ad se coniūgendū cū alijs: que in calligis exant: et hoc modo non manemus plus ligati q̄ si solas calligas: et coturnos haberemus licet aliquantulo grauiores. Sed positis loricae ferreae: vel malliolis cū calligis de tela lineae: et alias de panno lane sursum venientibus semper est maxima occupatio: et via ista coturnoz de malliola ferrea debet supra pedē vsq; ad digitos protendere.

De manicis aut listis.

Cap. cxij.

Manice: aut liste lorice itus posite in manicis diploidis deuenire debēt: et sub brachijs: vel in axillis semper aliquas lunetas: siue frustra lorice ponere debemus: et qd̄ fortissime sint: atq; spaciose eo quod brachia gubernari queant: et cum allutis fortibus colligari: et lunete accipiant per quatuor: vel quinque digitos brachij totā axillā: et taliter collocare qd̄ brachiū facillime possit se prolongare: ac recolligere.

De Chirothecis.

Cap. cxiiij.

Chirothecae subtiles esse debent: et sine cozio: vel tela per palmā manus nisi q̄ aliquas apprehensiones parulas habeant: vt inferius per digitos transtuerent: et manutheca teneant. Chirotheca vero sinistra habere debet aliquaa listas lorice ferreae per interiorem partem manus: vt armā hostis eripere possimus. Sed hae liste subtiles esse debent: et alterutrum separate. Et cum hac chirothecarum factione ensis firmi-

Secundus.

ter per longum tempus in manu tenetur: et bene telum extra manum iaculari potest: Quia manuthece clausa manum occupant: et cito defatigant.

De armatura capitis.

Cap. cx.

Armatura capitis diuersimode vtuntur quādoq; s; malliolis ferreis ad eūdū secretiori modo: et aliquādo de minutis lambis ferri: vel calybis q; recolligi et porrigi possint: atq; alias casside portant: quōuis hoc de armis discooperitis sit: et tunc potest in casside poni quoddam spiculū: vt ante oculos veniat ad regendas nares: Quelibet autem capitis armatura scisa esse debet aut cum foraminibus: et subleuata super aures causa quod audire possimus. Barbatus albus qui bauera vulgariter nominatur: aut collarinus siue gutturalis lorice aliquanto spaciosus esse debet. De hoc vero hinc latius pertractabimus.

Quomodo nos armare debeamus dum nocte ambulamus.

Cap. cxj.

Si vnusquisq; quo ad libitū armari debet: vel dū nocte per vias ambulat eo q; tūc non potest dare videri vtile est vnū supra pectus corū desuper alijs armis positū: ac preparatū veluti darghe vel parme coriacee: et q; in alrū fere ad bazdas veniat: et infimus vt bustū seu thorax hominis: et a diploide vel arma cū corigijs apprehendi decet. Hoc autē supra pectus non est stricte ponendū: et hoc modo rarius potest in ipso aliqua arma firmari nec persona tormentari seu vexari. Corium enim in se assentit: et qñ ictum in armis ferreis agunt sepissime ipsa arma franguntur: pariterq; corpus magnum detrimentū suscipit quod inferius manet.

De quadam graui armatura: et primo de schinellis siue armaturis tibiarū. Cap. cxij.

Schinelle: seu armature qbus in tibijs vtimur dum ponderosi et grauiter armati sumus nō debent eē integre ad grossitudinem tibiarum: quoniam aggrauant: et nimium colligant totam personam: et subtiles fieri debent fere quantum fieri possunt nisi in parte anteriori que spiculum vocatur. Nullum enim vnlceratū videmus propter schinellarum debilitatem: et ex posteriori quedam liste ferree ineffe debent: et q; lorica ad cooperiendum pedem extendatur: et ferrum schinelle paulisper curuum sit: Tamen q; collum pedis cum lorica siue lambis minutis cooperiatur: et ad decertandum pedester calceus albus: aut tor^o de lamba esse debet: et q; dilatetur atq; colligatur: et sub pede aliqua sit solea tenera ne pes diffugiat aut obrepat.

De Corottis seu arnesijs: vel de armaturis coxarum.

Cap. cxij.

Corottus qui crura armat ferme eandem factionem habere debet quam de schinella superius diximus t̄cti corottus fortior in anteriori parte faciendus. Sed subtilis respectiue ad alios qui cōiter sunt: et qd duas listas lorice super latera habeant: et aliam posterius que veniat p curuā vsq; ad schinellā: et super genu lambe ferree minute: et illa rotula: que vadit per exteriores partes genuorum paruula sit: aut q; lambe solute. Iste enim parū impedimētū afferūt: et bene tegunt. Corottus vero non debet esse longus quū vnū frustū dūtaxat sit: quādoquidem supior pars ex frustis siue lambis paruis esse debet: et q; locū prebeant recolligendi: atq; extendendi se vt libere possimus equitare et ambulare: et hoc modo sufficienter potest altus corottus portari: et vbi finit frustū maius corottis ibi esse debet cum vna aluta illigatur: et q; aluta ex calliga veniat ne impedimētū i recollectiōe: et exp̄siōe labarū iseraf: et tūc exolute crūt: et ad thoracē attigēt.

De thorace albo.

Cap. cxij.

Thorax alba anteriori fortitudinem postulat: et q; versus latera deperdendo in grossitudines vadat taliter q; leuis fiat. Nam extra primam obuiationē lancee nulla alia pūcta potest admodū offendere pter balistā: aut aliquā spēz bōbardarū: et i p̄to icōtro sup thorace aliū supra pect^o p̄suetū ē portari: et ad decer

tandum: vni cum altero thorax in parte posteriori subtilissima sit: quum nullum ibi periculum incurrat: et q̄ tota subtilis: primum incontrum siue ictus facile euitari potest: dum equum super sinistra manu teneamus: et deinde cum volta venimus vt tergo alterius capiamus donec transit: et hac condicione absq; supra pectore ire possumus: aut transeundo ipsum dilabi sinere. Et contra obuiationem bonum est in parte sinistra vnā ferream rotellusculam deportare: que sit in vsu leuis: sed satis magna in circumferentia. **Thorax** artus saltem vsq; ad pretinam: et quod lambe ibi posite inferiori parti suppleat: et leuiter vna super alia tangat: et quod per seipsas in duntibus alte veniant ne ibi tangant: ad quod vtiq; satis iuuat diu ploidem in parte superiori valde plenum esse vt illic thorax firmetur: et non super inferioribus partibus.

De thorace ad preliandum pedester.

Cap. cxv.

Thorax ad preliandum pedester secundum antiquos longa fere vsq; ad genua venire solet: et circulus eius. vel lambe: que ex cinctura inferius tendunt leues esse debent: et q̄ facillime extendantur vt recolligantur: cum quo quidem thorace duabus baueris seu barbutijs cum quibusdam foraminibus vtuntur: Qui autem scit azam exercere proculdubio potest vnum barbutium dimittere: vt leuius vadat. preterea aliquę fenestre faciende: que inferius aspiciant et euitanda sunt foramina que in parte anteriori manere solent propter imminens periculum ne ibi cuspis aze firmetur.

De casside vel galea que almettus vulgariter dicitur: et de viseria eius.

Cap. cxvi.

Almettus seu cassis sufficiens spacium continere debet: et per anteriorem partem saltem alta: et q̄ supra latera: et ad partes posteriores in grossitudine deperdat: et super aures vt subleuatum sit in modo tuberies: siue maruce: et aliqua foramina habeat causa quod audire possimus: quia dum non audimus: et aures cōstricte sunt pariter: et omnes sensus occupantur taliter quod homo paucam cognitionem habet de illo q̄ facturus est: et vterius cito deficit. Si vero cassis subleuata erit quemadmodum diximus fortior reddet. Nam super latera imittit punctas ad extra. Seruā tamen ad tempora appropinquari debet vt firma maneat armatura: et bonum est etiam dum vnum spiculum paruum de aure in aurem per summitates cassidis veluti aliud spiculum quod ex parte anteriori ad posteriorem transit: et de rimula seu scalfatura siue apertura almetti: que ante faciem nostram vadit parumper infima versus barbā causa maioris anhelitus esse debet: et extremitas seu orlus vel plica circūcirca rimulam seu scalfaturam tendens grandiuscula: et q̄ aliquanto foras voluatur: vt ibi punctas arme alterius retinere queat: quoniam aliter quandoq; visera aperitur: vel subleuatur. et arma hostis venit ad feriendum in facie: Quapropter omnes orli: vel plice paululus foras euoluant: et quod visera per quam oculi aspiciere debent satis procul a facie veniat causa anhelitus: et vna cesura sit super quocunq; oculo vt superius aspiciere possimus. Sed stricta esse debet: vt quāuis ibi aliqua puncta tangeret ingredi nequeat: tamen si parum periculi sit: quum illic almettus seu galea retro effugiat.

De quadam casside secreta vtili ad portandum sub almetto.

Cap. cxvij.

Quicunq; in equestri certamine verebitur ne ictibus magnis claua percutiatur: bonum est sub almetto vnā cassidem subtilissimā imittat: et q̄ sit temperata et ad quācunq; partem duplicetur: et non rumpatur neq; dimittat de facili seipsam transire: et hoc modo quāuis almettus rumpatur cassis hec non permittet nos ictum in capite sentire. Sed intelligitur inferius aliquam fodram: siue pānum esse: et similiter inter vnā armaturam: et aliam pariterq; ad faciendam resistantiam multo maiorem: et quod homo voluat: euenire debet almettus ad incassandum vel coniungendum se cum vno collari ferreo collum circūdante: Similiter apprehensus a thorace est per anteriorem: et posteriorem partem: et superius aliquātulus de ordo reuoluto habet: sicut canale factum. Almettus quoq; alium similem inferius continet: et sic collare: et almettus veniunt ad coniungendum se: et locum habent eundem circūcirca causa illorum canalium: tamen vnus clauis imponitur in quocunq; latere ne caput voluatur plusq; solemus ipsum absq; aliquo detrimento

Secundus.

diuoluere: et taliter etiam cum paruula baueria euolui potest.

De baueria seu armatura que ante collum: et barbam adaptari solent. Cap. cxviii.

Cum armis: que deferri solent baueria siue barbutium frustum vel pars: fastidium prebet plus ceteris alijs armis spaciofaq; eē debet: et duas fenestras habere in inferiori parte barbutij: vt pectus et manus nostras: atq; equi sellam respicere possimus. Sed necesse est quod in barbutio ipsius almetti eadem fenestrelle sint: et spaciosum ante mentum veniat. Si vero galea vel almettus grauis armature erit easdem quoq; fenestras habere debet sub puncta barbutij: et superius aliqua parua foramina: et quod fenestrelle compaginent se in eodem directo cum alijs de barbutio quod superius ponetur: quoniam maximum impedimentum de barbutio: et viseria est ex causa anhelitus: non enim possumus ita durare nec nostrasmet personas cernere: et cum his fenestrellis potius videre atq; anhelitum substinere possumus: in quo nullum periculum occurrere potest: q; fenestruccule directe inferius vadunt: ita qd nulla arma venire possit ad ferendum per illud directum: et videmus quomodo arma nostra ire debeat: et quod maxima est vtilitas: continuuz aerē recentem per has fenestrellas recipimus. Et similiter armam aduersarij videmus: et ex posteriori parte almetti supra collum decet optimam malliolam ferream siue lozicam habere: et quod inferius colligata sit taliter quod non possit collum detegere: et custodia ferrea seu rotella portanda est vbi plures iunctim preliantur. **C**hirothece causa icuum clauarum debent eē in manibus subleuate eo quod subtus poni possit aliquis pannus ne ferrum manus comprimatur: et custodia quoq; supra cubitus: et scapularia que spallacei vulgariter dicuntur non debent supra humeros sedere. Sed quod nimium subleuate sint ne super ipsis sedent: propterea quod claua non possit admodū cum icibus tuis tormentari ipsosq; colligare debent cum clavis: atq; corrigijs ne lambe separari queant. **C**Almettus vel cassis siue galea spaciola esse debet: et in altum fugere: et ferrum in summitate capitis non tangere: et lozica que per fimbriā galee venit duplicata esse debet. Quoniam sepe numero vna sola quāuis fortis sit cito penetratur precipue in posteriori parte que dum homo declinat inter collum et tergus inermis restat: ita quod ibi prouidendum est de longa malliola et duplicata.

De vna baueria siue barbutio ad leuiter armandum. Cap. cxix.

Nam superius aliquid de exercitijs ferme ad remediū corporū diximus procedendo quādā particulā assignabimus in qua ostendemus: quonā pacto sere in omnibus artibus aut scientijs valet cognitionē de complexionibus habere: Quāobrem difficile: atq; arduum videtur quēquā bonū philosophus esse: dū rectā cognitionē de complexionibus non habuerit: nam complexio quo ad bonū sensum nil aliud est q̄ intrinseca natura: seu cuiusq; rei proprietates. Et prima potentia que nos ad aliquā cognitionē inducit: Vide tur esse quidā appetitus recipiendi cibos: et sic in potentia gustandi primo incipimus: deinde vero differentia assignamus inter gustabile: et non gustabile sapidum: et insipidum: Denno paulatim alij sensus seu potentie quicquid nobis comperit discernere incipiūt donec ad vnā intrinsecā proprietatē i quocūq; obiecto sensus attingunt sicuti visus ad colorū perfectiones: et ad sonitum auditus que perfectio haud secus q̄ intrinseca complexio: vel proprietates se habet: Quoniā prima cognitio gustus: aut cuiuslibet aliorū sensuum indistincta est non vniuersalis neq; particularis vera eo q̄ incognita. et nō nota vsq; ad intrinsecum nequidem recte nota distincta ab alijs obiectis. Unde dicimus quod interea verā cognitionem scimus duz particulariter vnumquēq; ex proprietate sua seu complexione ab alijs distinctum cognoscimus. **C**ognitio pluribus comunis: aut tāquā vniuersalis nō magnā laudē adipiscitur: Quisq; enim scit cognoscere hominem nō esse equū: nec leonē: tū quoq; aliquā inter ipsos differentiam versari q̄uis etiam cognoscamus potentem hominem eē ex hoc nō sequit nos totā eius naturā intelligere. Quapropter licitum est in alia magis intrinseca cognitione ordiri: et ipsaz sequi: licet cuiusq; particularis sit. **E**t sic vnus magister aliū superat dū ad intrinsecas particularitates: vel ad particularia deueniūt. Nostra enim generatio: natiuitas: conuersatio: et mors semper singulares: et nunq; vniuersales sunt: Quia de causa decet nostrā cognitionem verā: ac necessariā de particularibus eē. Itcirco nō sufficit homines cognoscere inquātū ad speciem suā vniuersaliter reducant: Nā dicendo homo est animal rationale huiusmodi diffinitio simpliciter assumpta pauca nobis cognitionem prebet: Quoniā ibi diffiniēdo presupponit sciri hominē de anima intellectiua: et humano corpore constare. Quod si hoc non intelligeremus diffinitio parum aut nihil nobis valeret. Sic enim nō declaratur omnino qualis homo sit: Quādoquidem ibi non explicat animā: neq; corpus vniōne i eis nequidem principū: atq; finem hominis. Ideoq; in hoc passu quāplures decepti sunt credentes per solaz diffinitionem se scire doctos eē: aut rez naturas cognoscer. At vero nūc ista dimittamus: est enim vni: et eidem speciei cōmune: et ad particulare cognitionē deueniamus. Nā postulādo qualis homo sit petrus: vel cuius nature: si respondebit q̄ sit homo quēadmodū: et alij: aut vero animal rationale: talis siquidē responsio paz nobis dilucidat illud quod poscimus: non enim de petro inquirimus quo ad hominē absolute dicendo vel animal humanū nisi p proprietates: quibus ab alijs differt. At aut attingamus ad cognoscē dū vltimas pfectiones vniuscuiusq; corporis: necesse est nos de complexione sua noticiā habere: propterea q̄ illa complexio eū ab alijs differentez reddit seu inter vnū: et aliū varietatē assignat. Qui vero hac cognitione caret p superficiē ābulat nō aut intrinsece: Quoniā ad pculares deueniendo nō satis est simplicem noticiā hēre ex simplici inter vnū: et aliū differentia. Sed etiā intelligere oportet quātū vnusquisq; in cōplexione sua pfectus sit. Quisq; omnis nostra doctrina saltē in principio aliquē ortū ab experimentis sensuū habeat honeste tenere possumus quod cognitio istorū particulariū: q̄uis corporea ad quācūq; scientiā valet licet spiritualis: siue incorporea: Quoniā de minus subtili ad subtilius deueniendū est: et de corporeo ad incorporeū de visibili ad inuisibile. Et dū aliquis hāc viā assumit: vt se sciat de minori ad maius reducere: et ex vna facultate ad aliā sufficiens magister p seipsum erit. Semper aut oportet qd sensus frequētemus. Quia si nūquā legeremus videremus vel audiremus opus sensuum eē pauca aut nullā doctrinā consequi possemus in quo probat vsum sensuū semp esse laudabile. Quāquā nōnulli penitus literaz ignari volent

tes se speculatiuos appellare quādoq; oppositū dicerē audeāt. **C** Et sine vsu sensū siue mēbroꝝ industria nullū pfectū animal diu in hac vita degere pōt. Quippe q̄ a natura nil sub celo fixū: aut constās manēt ex perimur: nec ipsū celū q̄suis pfectus in tota mūdi machina incessanter equali mō vtilitatē vel aduersitatē sup inferioribus influit: z si celū quod est ingenerabilis atq; incorruptibilis substātie: z de specie in specie trāsire nequit tot in nobis varietates operaf: quidnā dicemus de elementis: z alijs inferioribus corporib⁹: que cā corruptionis: z generationis plures mutationes in quocūq; momento faciunt p quas varietates nāc nascimur postea morimur: in primis pueri sumus: deinceps ad senectutem devenimus: dū vivimus vr gemur atq; opprimimur: tū fame: tū siti: tū frigido: z tū calido: iā saturitate: iā infirmitate: z alias pspirare: Quādoq; tamen celis: elementis: lapidibus: plātis: z animalibus sensualibus: z hominibus atq; interdā ab ijsdem omnibus fauorem assumimus: Quūq; a natura tot dissentiones in ascensione vnus: z descēsiō ne alterius reperiant. Quonā pacto sine maxima industria hic accomodate viuere possumus: Si enim necessitates nostras omnino nature cōmittimus nec vlli mēbroꝝ labori operaz damus cōtra famē: z sitē de quo cibaremur: z vestes haberemus ad remediū contra extremitatem caloris frigidī: humidī: z sicci qualiter liberabimur ab egritudinibus: que partim natura: z partim accidente proumpūt. **C** Concedat quod primo vere transire possumus sine vestibus: z cibis artificialibus nostraz manū sudore acquisitis. Verūtamen hyeme qua omnes campi deficcant: z ad se cibos retrahūt ppter quod putrescunt quoniam mō nos durare possumus: quin z nos per putrefactionē dissoluamur: z ad terram aliāq; elemēta decurramus. Sed viuendo cibos poscim⁹: q̄ nusq; hyeme p campos iueniunt: z pauci: ac fere nullius valoris sunt si qui reperiunt. Quapropter si primo vere quacūq; industria nō enitimus ad laborādū quod hyeme comedamus: z in die nocturnis necessitatibus: atq; in vno anno pro alio remediū non adhibemus quando iuuenes sumus p suppeditanda senectute dū valitudine porimur p sustentatiōe elaboram⁹: Quādo aut infirmi patres pro filijs cibos querūt tūc quū in tenera etate sunt: z filij suos patres sustentant videndo ipsos ad senectutē prorabi: Que quidē industria adimenta est in remediū aduersitatū quas natura comparatur. Unde facile possumus propriū exemplū assumere aduersus illos: qui ad placitū sine labore ac mēbroꝝ industria viuentes de deo conqueri solent quod in hoc mūdo nō tā diuites sint: pariq; mō cō queruntur quod pro peccatis hic cōmissis in alio puniendi sint ita arguentes cur deus fecit nos si permissurus est nos ad inferos destinari: z quare cōsentit q̄ alij in hac vita maiores diuitias q̄ nos habeāt. **C** Hi vero non solum in eorum inertia errant nolentes pro seipsis necessaria indagare: verūtiam in numerando quatenus natura compellamur ad vitā ex industria suffulciendam volentes ipsam per aliquot dies pacifice sustentare. Quod si deus omnipotens aut natura penes popularem locutionem veller: qd sine fatigatione: z industria diu: z cū personarum delectatione viuere possemus ordinauisset q̄ semper esset primum: ver: aut eo mō quo in mense maij: vel septēbris: tunc enim non comprimeremur frigore: calore: fame: z siti. Quādoquidem agri nobis necessaria impenderent. Et ad hoc videtur quod conueniens erat a natura duos esse soles: vt quando vnus esset super hemispherio nostro alter in altero maneret: z q̄ vterq; esset minoris vigoris: q̄ iste ne si continuo vndiq; dies esset nimio calore opprimeremur. **C** Verum positus a natura tot aduersitatibus super vita qua hic viuimus decet industriosos nos esse: z non modo ad naturales necessitates: Verum ad quamplures quoq; artificiales profligandas. Quam enim quidam flagranti animo ad labores se dedunt: z alij protinus ipsos fugiunt omnesq; indui: z cibari volumus: oportet quod inter illos qui fatigant: z alios qui non fatigant continue dissentiones effluant: super hoc scilicet tuum volo: z meum dato.

Petri Montij de arte militari Liber.

Prologus.

Hactenus circa militarem artem nullum capitulum distinctum egimus saltem quod de arte militari nūcupetur tāetsi quo ad veritatē totus hic tractatus de exercitio militariū viroz intelligatur: tū z ali bi vt d̄ hominū cōplexione: z ordine vnicuiqz ad conformitatē sue complexionis comperenti tractauim⁹: z quatenus in exercitijs se habere debeat: z educandi sint pueri. At quoniā paululum prolixē ibi inscripsimus: hic breuius aliqua explicabunt: z precipue duas partes ammorabimus. Quaz siquidē prima erit cuius qualitatis seu nature sint illi: qui bello aptitudinē possident: Secunda vero qualia exercitia sint eis magis cōperentia quāquā intelligendū sit cuncta exercitia bona esse ad maius robur: z fortitudinē psonas nostras disponētia. At aliquod p̄ncipalius exercitiū: vel militie appropriatū: z aliud minus. Hic vero quā dā vniuersalem viā tāgem⁹ quā qliber hō vbiqz veller applicare p̄t licet qui ad varia exercitia se accommodare sciet: plus ad militiā valebit maxime ad imperādū. Plerūqz enim ob vnū scutiferū aut pedestrē p̄matū satis est q̄ de vna tantū arma seipsum iuuare sciat: atqz vnā selle factionē habere: vel vnū equum equitare: licet assidue melius sit plura ac diuersa percipere.

Quatenus intelligendo modum p̄liandi ad singulare certamen: z partes que necessarie sunt: eodē mō cognosci p̄t illud quod paruis: ac magnis exercitibus cōuenit. Cap. i.

In alijs locis aliquā viā ostendimus de reducenda aliqua facultate ad alterius beneficiū q̄uis admodū varie videant: quū vnaqueqz aliquā subtilitatē cōplectat: qua intellectus sibi fauere potest in alijs facultatibus positus: tū similitudine: tū casu proprio. Quod q̄uis magna differētia videat inter ludēdo vna longa lancea: z vno ense sciēdo iacere duas stochbatas vnā curtā sursum: z alterā longā parumper brachiū declinādo eodē mō bonus iactus fit cū lācea longa. **E**t in alijs conuentionibus aut artibus differentioribus ad minus cōparationē ducere possumus exemplo vnus artis ad aliā. Bello equidem varie conuentiones interueniūt quādoqz multis armis: z quādoqz paucis: tū longis: z tū curtis. Accidit in vtriusqz partibus magnū esse p̄liatiū numerū: z de paucis ad paucos ac de vno ad vnū p̄liari: ita quod qui exercitiū gubernaturus est oportet vt de varijs pactionibus cognitionem habeat. Et si vlet vbi aliquo laudabili ingenio callet pro eo quod competit de vno ad vnū iudicare potest inter quemcūqz maiorem numerum. **N**ā circa scire vim: z anhelitū vniuscuiusqz daturus est arma: z locū p̄liandi: aut faciendū aliam vim dūz fauere vlet sibi appropriatū dare: si autem non fauere contrariū: z hoc aperte cognoscit vbi de palestra tractamus. **P**rima enim res quaz ibi docemus est quod homo ponat se in modū quod se cautius defendere valeat exire ad offendendum hosti: z recolligendū se sine aliqua iactura. Et hoc requirit in quibusqz armis que quisquam ad decertandū cū alijs ī manu assumit: z sic p̄tiores quēadmodū de mō luctandi dicimus aut ibi ad quos pertinet: paraturi sunt castra vbi secura sint aut fortia contra hostiūz offensam: z quod nequeant eis p̄uisiones dirimere: z quod ipsi exire atqz ingredi possint vltro ad offendendū vel ad quod libuerit: z ad hoc magna temperātia opus est cū quodam modo super se manendi. Qui enī se in duriciem aut recollectionē ponit: hostē tutat de non offendendo intantum quod inde ad paucos dies p̄ semetipsum miseria deperdit. **A**rces siue forticie talē cōditionē habiture sunt quod offendere possunt atqz exire p̄ multas partes que in ea manent: z facilis sit reditus. Quz fortibus luctatur aut p̄liat multo p̄ncipalius cū dissimulatione: z blādicie respiciēdo aliquā hostis deuiationem qui sit cū duricie atqz delibato animo: z indagandus est amplius locus ad quem se retrahere possit: ne ipsum cū toto suo posse q̄ fortior est attingat: z tamen cū dissimulatione in principio aut sero videns se nullum aliud habere mediū nemo ex animi imbecillitate se ad perditiōē destinare debet nisi in quacūqz minima deuiatione in quā fortis incurrit cū magna celeritate: z animositate ip̄uz inuadere. **N**āqz hoc modo plerūqz fortes a debilibus vincuntur. **F**orte siquidē econuerso conuenit quod erga debilem se habeat non cū furore neqz vilipendio inquirendo vt in arcū locū cōpellat: vnde ne fugere potest neq̄ se reuoluerē cū eo in leuibz pugnis

paucorum militum nisi pede ante pedem et ipsum vincendo vel ex castris eiciendo. **C**eler aut sanguineus cum alio phlegmatico seu tardo cum dissimulatione ac cito intrare debet. His enim phlegmatici in principio lenta atque tarda. Quapropter priusque ipsas recolligere possit: Si aduersarius celer est ac discretus magnum ei detrimentum infert: et eodem modo qui magnum habet exercitum et hinc illinc: aut in disordinem castrametatum: plerumque ex pauca gente superari potest. Sed phlegmaticus antequam ad castra accedat: se exercere debet: ut unite sint vires eius quando attigerit: et eandem regulam obseruaturus est qui multas gentes habet qui debiliores aut cum paucis armis inuenitur multociens aliquem angulum capit unum hostium unam sceleratam aut alium strictum locum ad se defendendum ab alia maiori potentia quam sua sit. Et qui multum anhelitus tenet et cognoscit quod inimicus paucum habet super se ambulat fere in modum defensionis interim quod alius defeciscit. Maxime hec paxio phlegmaticis conuenit: quibus de puncto in punctum viribus crescant. Sed qui paucum habet anhelitum maiori sagacitate qua poterit innadere debet: phlegmaticus enim de hora in horam anhelitu crescit: aut quod non minuit: et simili modo de preteritis dicimus: quod unus videns quod alius per deficientiam pecunie prouisionum aut subsidij pugnam sustentare nequit: stultum est ipsam accelerare: Sed quod potius passim temptare debemus ut de semetipso desit: qui quoque minorem preparationem habet pro longo tempore totis viribus ac diligentia ipsam differentiam adimere seu breuiare debet.

Quonam pacto animus hominum principaliter in ratione ac dexteritate consistit. Cap. ij.

Cum enim in alio libro explicauimus quonam pacto per complexionem non possumus scire quales viri animosi: et quales timidi sint: Quoniam in quacunque complexione homines magnanimi atque imbecilles seu viles animo inueniuntur. Quocirca honeste fundari possumus animum in virtute ac verecundia hominis consistere: et in consuetudine quoque aut decertandi industria quam habet: aut si prudens ac sapiens in armis. Sepe enim aliquos homines videmus ceu lenones qui vitiosi: et absque verecundia sunt: et propter stultitiam et doctria qua in armis eruditi sunt opera agunt quae ad magnanimos ac strenuos spectant. Quam plures vero alij honesti ac moderati sunt in armis: et non faciunt opus quod ad validos pertinet: licet quod de virtiosis non possumus continuas nec magnas victorias expectare: nam peccatis nimium abutendo in maxima deordinatione inueniuntur: quandoque ob vini temulentiam: et interdum ob luxuriam cibosque atque alias occupatas dormitiones: tum etiam propter diurnas vigilias aliasque ob nimiam alacritatem: et sepe in iracundiam: et scandala labantur. **C** Si vero accidunt homines peruersi consuetudinis depredari: et alios bene viuentes occidi: hoc prouenit ex eo quod peruersi ac scelesti peruersi sunt ac dediti ut ad libitum agant. Similiter quandoque deus: et ratio premitunt malignos aduersus bonos pugnare. **R**aro enim accidit quempiam hominem penitus absque aliquo errore degere: et non decet manibus impetum facere ad puniendos malefactores: hoc enim peruersorum est officium. **V**erum si quis honestus vir fuerit ac dexter in armis multo magis in ipsis valere quam quisquam alius pessimus quam quis eiusdem doctrine: et complexionis sit. quaecumque enim agimus sub aliquo fine operamur: et quanto maius ac perfectius fundamentum possident tanto durabiliores in eis erimus. Quoniam autem peruersi malum finem seu vanam fantasiam tenent nusquam possunt in victoria longo tempore durare pro quo siquidem continua est opus inuigilantia formidando de quibusque inconuenientijs que breui aut longo tempore oriri possunt: que quidem inuigilantia nimium est a virtiosis hominibus aliena. nam veluti a natura homines mortem timent quem admodum: et alia animalia faciunt ubi pudor et ratio desunt cito pugnam effugiunt: praesertim nullum lucrum aut stipendium expectando.

Quomodo militarium virorum conflictus iuxta complexionem ordinatus sit. Cap. iij.

C Modus quo gentes ad veniendum in conflictum ordinare debemus in duabus partibus distinguetur quarum primam esse dicimus: quod in principio sanguinei citissimi sunt: et presto deficiunt. Ideoque in belli primordiis inmittendi causa quod ibi totis viribus incurrunt: quod si aliquantulo morarentur antequam ad conflictum accederent magnam partem virium suarum amitterent. **M**elancolici secundum loca in certa minimis valent: quandoquidem fortiter in principio ob duriciem resistunt. **C**olerici in tertia serie destinati sunt: namque in principio omnium operationum semper quendam modum velaminis habent eis aliquantisper obstantem: quum vero incipiunt se dissolvere ante alios in exercitijs laboriosis valent. **P**blegmatici ultimo loco ponendi sunt ad pugnam capeffendam eo quod vis atque animus sero eis aduenit. **B**umque per aliquod spacium se remouent paulatim animo flagrant. **E**t vero sicut de his quattuor complexionibus simplicibus dicimus de quibusque alijs intermixtis est intelligendum. **Q**uemadmodum colericus sanguineus qui non debet tam cito collocari sicut purus sanguineus: nec tarde ut simplex colericus. **S**i vero phlegmaticus sanguineus erit parumper cum fatigatione dissolui debet anteaquam congregiatur nec est tam diu tenendus ac si phlegmaticus merus esset: neque oportet ipsum adeo ocius dimittere tanquam sanguineus et per huiusmodi vias homines aliarum complexionum ordinandi sunt ipsis inter se reuoluendo quod omnibus apparet. **Q**uod si aliquam armam facturi sumus: et vna libra de duro metallo inmittitur: et alia de tenero mediocriter inter duriciem et molliciem erit. **S**i vero vnam partem tardam et aliam velocem simul commiximus id omne compositum in quoquomodo ambabus partibus assimilabitur nec vlla earum totaliter.

Quis in prelijs precessurus sit causa roboris et valitudinis mēbroz.

Cap. iiii.

In hac secunda particula ordinem ponimus iuxta robur aut valitudinem quam in hominibus cognoscimus: superius iam diximus sanguineos debere ceteros alios in certaminibus armorum precedere. hic quoque intelligendum est nos oportere conflictum inire: et contra quos homines pugna dicenda sit: et si hostes erunt proprii ac separati vel semoti vadunt ceu in leuibus prelijs siue scaramucijs vulgariter dictis fieri solet fatigantur contra istos appropriati: atque aptiores sunt. **N**am confestim vadunt et illicet operantur quicquid operantur sunt. **S**i vero magnum agmen conglobatum et unitum est atque paulatim vadit colerici melancolici: aut melancolici colerici tali tempore meliores sunt ad eundem in prima turma: et ex illis quoque fortioribus ac dexterioribus: et in armis potius consuetis precedere debent: similiter per omnia latera homines fortissimi collocandi et applicandi sunt: ut in primo impetu inimicorum obstare possint: et suorum imbecillitati ac debilitudini reparare. **B**um enim qui alios precedunt fugiunt aut segregantur magnanimitatem hostibus incitant et locum veniendi anterius prebent ob hanc causam prima turma debet maximam resistenciam atque impetum contra aduersarios agere: et ad impetum faciendum si fortes sunt proprietatem sanguinei habent pariter et carnosus homines: caro enim citius operatur: et ossa acnerui diutius durant. **E**t ob hoc aduenit gallos natura et consuetudine in belli primordijs valere. **N**atura siquidem eo quod carnosus: et consuetudine quoniam impetuose omnibus suis operibus vtuntur. **Q**uocirca in quocumque exercitio faciendo post prandium incipiunt vel saltem bene bibunt dum in magnum conflictum contra hostes aut in exercitum ad placitum ingredi volunt quod est contra opinionem temperatorum hominum. **A**lemanii: Hungari siue Pannonij: alijque in septentrionalibus regionibus existentes plus neruorum atque ossium et minus carniū quam galli possident. **Q**uapropter in principio non adeo impetuosi sunt contra suos inimicos sed maiori tempore omnimodo resistunt: in quibus exemplum assumere possumus quantum valeat fortes bello esse: ac firmiter contra hostes nostros assistere: hi enim non sunt dextri in armis nec agiles de personis nequidem magnam vini continent: et solum aspectando vel resistendo vsque ad vltimum sepissime vincere solent. **I**n hac vero tempestate quosdam pedites in patrijs nostris videmus in squizaroz: seu germanorum ordine collocari multoque magis valere quam prius: tunc quum segregati ibant ex vna parte in aliam saltantes. **V**erum tamen adinuicem vni cum alio decertando potest in quacumque parte deviari anterius: posterius: et per latera: quum autem plurime gentes simul congregiunt ordiatis passibus eundem iterum: et manum mouende quatuor possibile erit sine aliqua fantasia retrocedendo: nec extra certamen absque victoria vel morte ex eundo et fundamentum faciendo quod omnes firmiter manere debent: sicut omnes operantur et vsque ad mortem mutuo iuuantur.

Quod si diligenter inspicere volumus ordinem in membris nostris natura ipositu qua alter alteri necessitatis rpe auxiliat de facili cognoscemus quatenus bello geres ordiaturus simus: ut iter se remedium prestare queat. **Q**uod debet nostra taliter natura sunt organizata aut in ordine posita. quod dum in vna parte detrimetur sentimus reliqua succurrere volunt ita ut vultus in quacumque parte corporis faciendo sanguis atque omnes humores qui per membra inueniunt illuc eunt quanto citius possunt putantes illi detrimento precavere. Et si timemus: aut aliquatenus excadizantur cum fantasia alicuius detrimenti ad nos extrinsecus venientis secundum communem sententiam omnes spiritus qui per varia membra repartiti erant ad cor tanquam ad principale repagulum decurrunt: arbitrando melius insimul valere posse ac in medio positi tanquam in turri magistra aut alimenagijis ut hispano idiomate fert: et tali modo ad nature imitationem ordo assumendus est. Veniendo ad ruperdum exercitum contra exercitum. Quod quod admodum vitalis spiritus in toto suo exercitu quantum potest ad medium retrahatur. nam illic simul assumptis viribus aditus erit hostibus difficilior: et diuissimi aut quod ad latera diuertatur paucis spacio sunt diruti siue in fugam positi.

Quo pacto iuxta communem viam homines cognosci possunt ad militiam apti.

Cap. v.

In capitulis iam preteritis aliquid ostensum est: tum per naturam tum vero per artem quales homines esse debeant ad militiam assequenda. Planius autem procedendo scribemus respectu illorum qui paucam de hominibus noticiam habuerint. quoniam obseruando regulas quas iam in pluribus locis perpalauimus quod potest cito cognoscere dispositiones aut indispositiones natura animalibus illatas. Quamquam est de antiquis auctoribus nonnullas scripturas habemus in quibus legere possumus veluti de vegetio qui de arte militari tractauit: In hoc autem nihil de natura neque de arte sufficenter locutus nisi lato modo dicendo quod homines ad militiam apti fortes: et exercitati esse debent. Sed hec industria seu cognitio communis est apud omnes. **I**n principio denotat de qua patria sint eligendi: et an ciues vel populares siue plebei. **D**e puritate asserit quod septentrionales esse debent cum quod sanguinei sunt. Quoniam cum sanguine abundat non metuunt vulnera: licet enim magna pars sanguinis exeat magna quantitas eis restat. Et quod in puritate calidis homines paucis sanguinis sortiantur: et ex hoc ibecilliores ac minoris animi sunt. **I**nter ciuitates et oppida aut meliores esse ad hoc exercitum illos qui in campis educati sunt: propterea quod magis exercitati ac maiori consuetudine vigent ad frigidum: calidum: famem: et sitim tollerandum.

Quoniam pacto homines septentrionales non sint animosi eo quod sanguinei.

Cap. vi.

Superius aliquid assignauimus quatenus quidam veteres voluerit quod stipendarij aut milites de partibus septentrionalibus eligendi sint: eo quod sanguinei. **H**erum hec materia in libro de cognitione hominum a nobis satis est disputata qualiter in regionibus aequalibus homines non sint sanguinei: sed potius colerici melancholici: vel colerici phlegmatici: ut pro maiori parte intelligit. **A**t vero quoniam corporibus abundat et carnis quantitate necessario multum sanguinis viger: non tamen ex hoc quoniam sanguineum vocamus propter illos qui maiorem proportionem in generatione sua de igneo elemento assumpserint: que admodum latius in alijs locis perbanus. **E**t quoniam homines septentrionales non nimium vulnera formident: non ex hoc intelligit ad militiam eos esse ceteris meliores. **I**psi enim in campis siue agris expectant: quod quodammodo immobiles parumque agiles: Ideo non sunt ad crassandum veloces patria hominum depopulando: neque ad scadendum in arces: neque de die noctuque ambulandum per valles: ut possent hostes inuadere: et quoniam ambulat paucam viam agunt. **P**roterea ad toleranda famem et sitim impatientes sunt: licet contra frigidum et calidum valeant. **Q**ui vero a phuce inheret siue ad meridiem redunt potius patientes in cibis sunt ac veloces: et maiores deceptiones bello ingerunt: quoniam sicut germai aut hungari ob necessitatem vna nocte per decem vel quoddecim miliaria ambulat: **A**phicanus vel hispanus ibit per triginta aut quadraginta: et ut homo per alij strenuus sit oportet ipsum valde esse in cibis ac potibus patientem: ut occurrente necessitate paucis cibo in offensa et defensa populo et deserto diu manere queat: et quod talis plenitudo sit ut validus ad tollerandos omnes labores inueniat: quod aliter non potest miles magnam sibi famam vdicare. **E**lectio poro de hominibus in oppidis nutritis quod de ciuibus fienda. **H**ic enim respiciendum est si ipsos tanquam a casu accipimus veluti homines qui nequeunt meliores fieri quam sunt: aut vero quod ipsos eligimus secundum naturalem aptitudinem: et informationem quam de eorum consuetudine habemus preteritum quando in adolescentia vel in vno tempore pro alio ipsos eligimus. si enim scientiam ad eligendos inuenies habemus etiam scire debemus ad ipsos edocendum atque in locis oportunis exercere. **E**t quoniam

homo in ciuitate educatus sit potuit plurima adiscere que in campis doceri solent utpote ludum decer-
tandi aliasq; versutias ac diuersas doctrinas. Et quanquam in agris educatus maiorem possit cogniti-
onē habere de moribus et vijs ad trāseūdū p̄spero et aduerso tēpore: et p̄pter cōsuetudinē potius in labori-
bus patiens sit q̄ qui in ciuitate eleuatus. Fortassis alijs cā maioris doctrine p̄rius elaborare poterit.

De quibus prouincijs sint homines plus ad militiam dispositi.

Cap. vii.

Quātes homines validiores sint ad bellum vel ad quācunq; magnam resistentiam faciendam an-
terius prosequendo videbitur. **L**oca ciuitates oppida seu rura in quibus validi homines inueniuntur si-
tuata sunt in terris collinosis atq; expeditis: et versus septentrionalem plagam: et in pede alicuius montis
edificari debet non nimium in altitudine nec in planicie: et huiuscemodi loca circa montes situata tellurem
habent ad quēvis exercitia dispositam ac secundam. nāq; in planicie ob nimiam caliditatem vel humidi-
tatem homines parum exercitijs dediti sunt: precipue dū cōmuniter in similibus locis debiles sunt. **E**t
in terra nimium alta paruuli homines nutriuntur. Causa vero frigiditatis: et asperitatis terrarum nequeūt
multum personas suas cum diligamine exercere: et in habitatione collinosa semper mediocritas inuenitur
de planiciebus: et locis ascendendi ac descendendi colles aperti vel expediti esse debent. Quoniam i patria
vbi montium cacumina deueniunt nec vnum ab alio remorunt: vbi tam homines: q̄ cetera alia animalia
impedita nascuntur: et cum magna occupatione eleuant. Et ad optimam dispositionem terrenum pingue
et ascitum exquiritur: et quod fontes ibidem scaturiant. **D**e prouincijs in quibus agiles homines na-
scuntur accipiendi sunt militares viri sicut in hispania vbi corporum habilitatem possident: ut plurimum
ad plura exercitia agenda: sed non sunt valde fortes: Magnitudo enim non suffragatur eis. **I**n An-
glia bone stature ossibus ac nervis compacti sunt: et sic in armis valere solent. **I**n gallia carnosī et con-
sequenter parum agiles preterq̄ in confinibus veluti in calconia. **I**n prouincia britanie fortes vigent:
sed nimium rigidi: quoniam cōmuniter melancholici sunt siue de ten estri complexionē. **I**n germania
satis lenti: et carnosī oziri solent: et adhuc sere per omnes partes septentrionales parumper pigri aut parum
veloces. **I**n grecia bonam complexionem compositionem foriuntur. Attamen non multū virium pos-
sident nequidem agilitatem: q̄ vniuersaliter parum sunt propter duriciem alligati. **I**n Italia plerūq;
corpora viroz modice recollecta sunt: Quūq; longas iuncturas seu raras possident potius ad adiscendus
q̄ ad exercendas vires accommodantur. **I**n aphyrica saltem prope mare mediterraneum ad partes ma-
rucorum aut regni facie: atq; in Asia versus hierusalem et montes armenie homines satis agiles asciri
ac laboriosi manent: pauci tamen ex eis fortissimi. **E**t tendendo circa meridiem homines inhabiles de-
gunt. **E**t de quacunq; prouincia illarum de quibus differentiam assignauimus: maxime de vno loco
ad alium reperitur: et hac de causa in qualibet regione homines cuiusq; proprietatis inueniuntur. At plerūq;
in vna patria fortiores et in alia minus fortes: quū vero quodāmodo in bellis varia accidant homines quo-
q; electuri sumus iuxta varios decertandi ac militandi modos. **Q**uod si fortes in castris māere debēt
septentrionales pre ceteris valent et equi grossissimi veluti phrysones atq; in quibusdā locis Itale ac Sici-
lie. Si autem debellare volumus aut per longum depopulari incessanter noctes atq; dies ad cogendus et
defatigandum aduersarios et ad offendendum et defendendum arces alie gentes: et equi sunt septentrionalib;
meliores quē admodum hispani: Verum enimvero septentrionales hactenus machinis bombardaz meli-
q̄ alie nationes aut cū minori respectu: et fortasse semp̄ iridē faciēt: p̄cipue quā quodāmodo vadāt: q̄ fer-
me morē ac vitā negligere vidēt: et cū his bōbardis seu machinis multa pagunt: sed de suis p̄sonis ni-
miā qdē inhabiles sunt ad expugnāda menia: et q̄ nō sint magis aiosi q̄ alie nationes dū vnū solū cū alte-
ro aut de paucis ad paucos māifestat: q̄ dūtaxat magnanimitatē ostentāt: nūc quū eoz multitudo simul
manet: et hoc tantū videt puenire ex ordine quē distictū seruāt: Bū. n. extra ordinē illū repiunt parū valēt.

Quis factionis: magnitudinis: ac tēporis hoies esse debēt ad inēdū certamē. Cap. viij.

Si neq; v̄plexiōes neq; p̄suetudinē mor̄s hoīuz cognoscerim⁹ oportet ipsos d̄ bōis ossib⁹ ac nervis
eliger: et q̄ iūctur eoz bñ alligate sint n̄ lōge neq; nodose et d̄ p̄sōis ascitū ac mediocis stāte exq̄at. f. iter

mediocrem ac magnam. Qui enim maxime stature sunt communiter paululum vigorosi tã pedestres quã equestres: Nam si equitat multum omnino equum defatigat: et parum pedestres pergunt. **C** Raro tamẽ accidit paruulos magnis viribus fungi: et sic eorum presentia nullum fere timorem hostibus impendet: et quãuis sapientes timeant scã: et nõ magnitudinẽ membrorum nihilominus naturaliter potius de fortibus quã de debilibus trepidamus: **P**opulus vero aut plebei nõ tantum de hominibus optime stature ac vigoris metuent. Quoniã etiam per solum aspectum hirsutam aut longam barbã: et tanquã thauri sufflãtes verentur quãuis neq; pili neq; sufflatio vim hominibus impendant: licet interdum utilitas emanet quõ imperator suos induat vestibus quibus feroces viri uti solent. **C** Circa etatem homines bello electi viginti annorum vsq; ad quinquaginta esse deberent. Juniores enim firmitudinem nõ habent nec quid facturũ sint recte sciunt. Seniores autem nequeunt plures membrorum labores tollerare licet ad ibendum ordinem satis valeant quãquam maiores natu sint nõ tamen valent vt aliorum iussis ad diuersa operãda inbeant: et hanc viã obseruando ad eligendos homines simuliter accipimus dispositos ac firmos veluti agimus de equis aut quibusq; alijs animalibus: semper enim ipsa accipimus disposita quo ad opus quod facturi sumus pro quo admodum est vrile complexionem hominum cognoscere. nãq; aliter sepe numero defraudamur. Dum enim videm⁹ animalia eiusdem stature temporis: et grossitudinis membrorum plures imaginantur equalia viribus esse aut quod pauca: et fere nulla sit differentia quod longe aliter se habet. **Q**uoniam si phlegmaticus aut melãcolicus erit in primis distemperatus: et vterius pauca vim iuxta magnitudinem corporis sui possidens. **S**i vero colericus vel sanguineus maximam vtriq; in seipso respectine vigorem continebit quocirca homines qui colerici sunt: et melancolia ac sanguis in eis sequitur ipsos proculdubio accipere debemus pariterq; si istarum trium complexionum quelibet antecesserit dũ modo alie due sequantur bona est compositio aut saltem quod vna ipsarum aliam sequatur: tametsi frequenter melius sit coleram precedere: phlegma vero nunquam vult alias precedere quãuis colera ipsam sequatur. **Q**uidem complexio potius est ad alias temperandas vel moderãdas accommodata: quã quelibet alia hoium complexio. **B**eniq; ad eligendas armigeras gentes vnum potissimum ante oculos electoris semper habendum est: quod homines et equi ad bellum expediri membrorum sint. nam pigri aut graues in aliquo particulari modo decertandi valere queant in omnibus vero non. quoniam dum oportet transire de loco ad locum per aliquod longum spacium non possunt ita cito ambulare quod sufficiat necessitatibus sepe numero in bello occurrentibus: et si homines graues: atq; inhabiles equestres ire volunt hoc nõ potest semper stare vltra quia causa grauitatis: et indispositionis cito destruant equos: quos equitant: et dum exhibituri sunt in montibus: aut alibi vnde transitus sunt fortes non possunt tolerare labores nequaquam homines indispositi: veluti carnosus: et ponderosus fame: et sitim tolerare possunt non longam vigiliã non diũ arma non ad defendendum arces: et multominus ad capiendum seu arcendum ipsas licet quod per vnam dietam determinatam homines: atque equi graues more germanorum ordinate valent: quia corpulente sunt: et in magno corpore vis magna manere potest: tamen si corpora graua sunt non valent ad diurnos labores tolerandos: et sic vbicunq; homines nascantur habiles membrorum sunt bellicosi: prefertim ad durandum in bello quomodo cunq; fiat: et hoc est quia germani: galli: britanni: et similes nationes si non sunt nati in aliquibus montibus ad siccitatẽ tendentibus non sufficiunt ad bellum continuatũ circa oẽs partides ipsi: s; p vnu diẽ determinatũ valent: q; corpulente: atq; satis fortes sũt. Britanni si sũt molles: s; duri: et graues: et sic quãuis fortes si sũt bellicosi saltẽ pedestres. Anglici vero sunt satis fortes: et expediti. Boemi siq; de multũ fortes: et expediti. Greci satis expediti. Sed ad duriciẽ redẽtes: hispani. n. per maiorem partem capiẽdo potius ad temperantiam tendunt: sed non sunt multum fortes. In Italia si quidẽ sufficienter mediocritatem obtinent: licet quod per maiorem partem ad moliciẽ tendunt. demũ de his similibus differentijs gentium superius diffusius tractando de varijs prouincijs explicatũ est.

Quomõ turma vel q; magn⁹ numer⁹ gẽtiũ dicat ad p̄slictũ accedẽt debeat. *Cap. ix.*

De ordie quo dbeat turma potiri paz inectã q;pe quũ i pari p̄slictu v; vni⁹ cũ alitero quãplures idẽ strias assignauimus q;e ifere possumus dũ pauci sum⁹: et cũ plurib⁹ pugna collidim⁹. Quẽadmodũ n. de cer aduersus vnu aliã maiore duriciẽ ostẽdes: et q; q; nimia moliciẽ aut pot⁹ tẽperãtia similt quũ plures

simul fortesq; vigent bonum est aliquos imittere qui leuiter vadant: vt alios exire compellant veluti bali starij: atq; alij qui penes vulgare nostrū idiomā spingarderi vel scoppecteri nuncupant i speciebus bom bardaz ministri: quoniā a longe possunt hostes defatigare: z contra illos qui separate siue diuisim vadūt cōglōbata ac stricta acie irruendum est: z cum optima in quibusq; partibus perspicacia. Preterea maxi ma inuigilantia in castris op^o est: presertim iuxta imperatores vt i plurib^o prouideant vtpote ad castrame rationem suorum in tutis ac securis locis: z quod non sinat gentes deuiare: ac semper debet excubias imit tere. Dumq; ad manus congregiunt loca eis propria indagari: sicut qui maiorem peditum copiaz penes se haber: debet circa montes aut paludes valles z foueas collocare: quiq; plus equestrium habet aliter or dinaturus est. Quoniam autem bello inter principes non potest in hostes iniri quin proditio dicatur opor tet continuo super se assistere: nam q̄uis vna ex ambabus partibus ad congregiendum cū altera accedat id semper cum aliqua superantia cunctabitur. Quāobrem raro accidit quod p equalē ambarum partiu^o voluntatem in conflictum deueniatur. Quum enim castra vnius debiliori modo q̄ alterius inueniuntur: as sidue conflictum fugiunt: z querunt improvisum hostem crassari ceu per famem: sitim: calidum: z frigidū per somnum atq; soporem seu quod defessi sint aut in locis maneat quibus iuuari nequeunt: quapropter qui deuantem z deordinarum inimicum capere intendit pluries ac diuersimode fortunaz experiatur quo usq; aliqua sibi eueniant: z hoc tutius fieri potest maxime nocturno aut quouis alio tempore seu stricto z angusto loco.

De principali exercitio quo militares viri vti debent.

Cap. x.

Prinipale exercitium quo belligeri vti debent vt dexteriores in armis fiant iam in hoc libello perscrip simus: Nihilominus dicimus quod vt maior sit militie integritas principio laudabile atq; vtile est doctri nam legendi ac scribendi scire eo q̄ historias: z gesta aliorum hominum poterit donec legerit comprehen dere: z per proprias manum suam alios certiores agere: atq; ab ipsis per litteras archana intelligere: quā do autem homo in adolescentia est fere potest dūtaxat litteras adiscere: tum z magna vtilitas est modus natandi adiscere: vt si aliquis fluuius trāsirend^o vel causa ingrediēdi z regrediēdi in aliquem locū aqua circūdarum. Cum arte itidem scienda est palestra: hec enim industria alias plures docet z saltare vno sal tu currere: z cum baculo salire vno saltu cum fune optimum est. Utile ē reperitur aliquibus voltis super sella vti: q̄sq; personā nostrā disponit atq; inanitat: vt cūz thorace pedib^o ac manib^o super equo tenea tur. Et ante oīa de quibusq; armis aliquid adiscendum est illas potissime in consuetudine habendo cum q bus in maioribus factis creditur nos inueniri. Et similiter laudabile est venationem quandoq; exercere: qz vltra quod corpus ad laborē exponit venatio edocet per campestria tendere: interdū recto tramite vel itinere viam emulando: z alias deuiando per montes: fluuios: valles: stagna: paludes: aliaq; huiuscemodi transeundo atq; ascendendo: z per rupes arbores z edificia descendendo ac pontes aliaq; his similia ad militiam competentia elaborādo. Docet etiam frigidum z calidum tollerare ac de possessionib^o curam habere z animalia nutrire atq; gubernare. haud parum militibus confert. Dumq; homo in ciuitatibus educatus est de huiuscemodi operib^o paucam cognitionem adipiscitur: z talia militie competunt. Quam obrē pater volens filiū ad capeſſendam militiam destinare ipsum instruere debet q̄ sciat cum aliqua ratio ne in omnibus artibus siue manualibus exercitijs aut in plerisq; eoz expediri vt p semetipsum necessita tis tempore reparare possit: z sciat aliqua arma elaborare atq; emendare: dum non recte se habent vesti menta sua sellas equoz aliaq; huiuscemodi sibi z equo competentia. **De quodaz romano dicitur qd per torum diem coegerit adolescētes ad effodiendum.** Quod si ita res se habet intentio istius sana erat. attamē paup de exercitijs ex quo alias quāplures artes ignorabat vtiliores siquidem ac laudabiliores in quib^o iuvenes tēpus suum trāsirent: t̄acti hoc sciendum sit quemadmodū z alia exercitia vt fiat dūz tem pus erit. **Scindere: z edificare ligna lapides z similia militie attinētia vtile est:** quāquam in presen tiarum pauci stipendarij ad habendam exercitiorum equorum aliorūq; similiarum rerum noriciam inui gilant. Nam toto tempore vite quanto potius delicati: z absq; motiōe nutriuntur: z quod deterius est i luxuria cibus ac potib^o cōtinuo destrunt: z i odorib^o vestimētis delicatisq; māsiōib^o curā eoz applicāt. **Proinde sepe accidit qd i hac simili vita manēdo absq; alio medio i bello volūt ptra inimicos aggredi**

Et quis sint magnorum dominorum alumni nequaquam ex hoc possibile erit quod in rebus quas nunquam viderunt: nimia doctrina prefulgeat neque aptitudine saltem ad ipsas operandas propinqua possideat. Nam licet a natura ad aliquid operandum apti simus oportet quod si in opere illo valere debemus per aliquot dies in consuetudine habeat. Et ex hoc aduenit quod fere omnes ad discendum armis ludere et deinceps in rumoribus siue preliis ipsis videntur sepe sunt animo sufficientes: et alij quia a natura validiores istis erant semper cum timidi rate animi agunt: quemadmodum iudei artesani seu mechanici ac rustici esse solent eo quod nullam habent continuationem in armorum secutione. Quocirca dum aliquem fremitum vel armorum imperium vident maximo terrore diffugiunt. Ideoque gubernatores exercituum non debent contentari quod solum adiuuenerint homines natura dispositos neque ut dicatur ipsos animosos esse: nam de ratione experiendi sunt ut intelligamus quam cognationem habeant ut ipsos edoceamus ubi deficiunt: et quod sepe numero eos contra hostes operari faciamus alterutrum confluentes. Si enim aliquis cerdo seruentem vel laborantem conducit anteaquam ipsum in principali opere destinet maiorem partem artis instruit. Et hic officiales ne vniuersi paris calciamentorum iacturam faciant in nituntur ad edocendos elaborantes suos. quanto ergo magis debet imperator militares viros edocere quod tam laudem ac dignitatem quam habita eorum doctrina expectat: et econuerso detrimentum erumnas ac destituciones dum stipendiarij ignorantes fuerint. Finaliter dicere possumus quod ad militiam homines natura aptiores magis experti atque boni querendi sunt: et hoc non immerito. Quum hi inter humanum genus tanquam iustitia et omnium repagulum positi sint per quas quidem dignitates honestiores: et magis catholici quam omnes alij esse debent. Quia non modo populum instruere debent: et in iustitia atque optima consuetudine preferuare. Sed milites quoque in maxima deuotione degere oportet. Quandoquidem sepe in manibus fortune ponuntur aut saltem crebrius alio hominum genere. Et ad minus hac tempestate paucas delectationes considerare possumus que non sint inter militares viros communes: sicuti luxuria in maxima quantitate blasphemia in maiori parte verborum: et ioci ac depredationes: et crapule pariterque modo per reliqua alia vitia discurrendo: et per similes causas difficile ac fere impossibile est quod artem quam aiunt se assequi omnino benefaciant. Quumque ministri adeo errant subditi in pluribus ipsos sectantur. Nam quis clientis puniatur dum errant videntes se ab alijs peioribus castigatos vel tormentatos de raro sufficienter emendantur.

Quis proprietatis imperator militum esse debeat.

Cap. xi.

Nam vero vidimus de agilitate et bonitate nature: atque arti competentibus vel spectantibus ad homines militiam exercentes. Sed quia hactenus in communi diximus deinceps licitum erit ut nonnulla verba ad imperatores dirigantur: quum ipsi non solum animum ad decertandum contra inimicos possint: quia etiam decet doctrinam habere ad gubernandum exercitum in equitate et iustitia: et quod omnes nutu se diligant: ac quieto animo sub alio imperatoris tanquam filij sub patre degant: quocirca prefectum semper erga omnes leto animo esse oportet. Nam dominus quod solum bonos amet docendo omnes bonos atque peruersos: tamen quod bonos remuneret et pessimos puniat: et in castigando non tanquam a benignitate alienus: Sed quod penam prebeat ut iustitia locum suum contineat: ceu patres benigni solent erga filios rectam viam non obseruantes. Non enim ipsos castigant ac si odio sibi sint. Sed ut a vitijs dimoueant. Quemadmodum vero pater omnibus filijs communis est quo ad premittendum ab ipsis tractari: quamuis erga vnum melius quam cum alio agat: ita et imperatorem bonum esse oportet et sine respectu toto exercitui communi. Si enim ipse respectiue aut cum ambagibus vadit a militum conuersatione effugiendo omnino apud omnes odio habebitur: quumque de ipsis necessitatem habuerit confestim diffugient. Et dum primores valent assidue stipendarios promptos esse ad seruiendum eis: illi quoque cupiunt ad propositum suum ipsos in quibusque aut saltem in rebus honestis inuenire: et imperator si aliud non poterit saltem bona verba ac vera impendat. Quod si non vera minime bona esse possunt. Et quum tot virtutes pro imperatore requirantur: quisnam aut ipsum tanto nomine merito nuncupari nisi quibusque rebus homini competentibus ac dignis utatur.

Imperator vero dispositionem natura ac ratione habere debet saltem quod mediocri persone sit ut sufficientem vim possideat: et agilem quoque esse oportet ut ipsam exercere queat. Bona itidem presentia predictis ut eum libenti animo emulentur: prospiciant: ament: ac metuant: in quo quidem optima complexio exquiratur: ut magnam partem de colera habeat: et quod sanguis ipsam assequatur: et in hac

